cius eſſe. in totis autem et partibus non adhuc. Perfectius enim quidem (ait) totum eſſe ſuis partibus, et natura et ſubſtantia primum, ſed non adhuc et tempore. quod enim ſimul cum hoc quod ſimplex eſt etiam perfectum eſt, hoc et tempore primum. Quod autem circularis motus prior quam rectus non ſubſtantia ſolum, ſed et tempore, oſtendit Ariſto. in 8° de naturali auditu. Hæc quidem Alex. Forte autem non ſecundum tempus accepta eſt prioritas. non enim erat tempus quando quidem circularis motus erat, qui autem ſuper rectam non erat, quamuis ſemper cauſa huius ille. Neque adhuc magis quando circulus quidem erat recta non erat, ſed ſecundum naturam, plane autem dixit Ariſtoteles. quod enim perfectum prius natura quam imperfectum. et iterum. quare ſi vere qui quidem prior motus prioris natura corporis. Et mundus igitur eſt perfectior partibus, et prior ipſis eſt natura, vt etiam Alexander confitetur. eſtimo autem quod et ſimplicior, ſi enim prior natura, magis vnicus, magis autem vnicum. vni magis congeneum. quod autem tale, ſimplicius. Nos autem non ad totalitatem mundi vnicam aſpicientes ſecundum quam vnum animal, aut imago intellectualis animalis, ſed ad multitudinem ipſius diſcretam: et hunc mundum dicentes, ſimpliciorem toto partem putamus, et partes priores, et quidem et totum a ſui vnione in ſeipſo producit propriam diſcretionem. Condemonſtrato autem quod circularis motus non ſolum perfectioris eſt et primi, ſed et ſimplicis corporis, cum ſit ſimplex, vt validior ſit ratio, ſiue ſimplex, ſiue mixtum ſit corpus cæleſte, adiecit. [mixtorum enim lationes dicebamus eſſe ſecundum prædominans in mixtura ſimplicium.] Ac ſi diceret. Et mixtorum enim lationes etc. Quamuis igitur compoſitum exiſtens cælum, circulo mouetur, ſemper eſt aliquid in ipſo ſimplex ſecundum cuius dominium, mouetur circulari motu.

Obiectiones Xenarchi.

Obiicit autem et hic iterum eaſdem dubitationes Xenarchus. Primo quidem quod mathematicis viſus eſt ſermo fundamentis. i. recta et circulari. Secundo quod non eſt ſimplex corpus naturale, ſecundum peripheriam motum, propter inæqualiter velocem motum eorum quæ apud centrum et eorum quæ apud peripheriam, et eorum quæ in medio horum mouentur. Tertio quod quamuis ſit quod circulariter mouetur, ſed non aliud præter quatuor ſiquidem et illorum. hæc quidem manent, hæc autem circulo mouentur, quando fuerint perfecta, quod quidem maxime igni conuenit. motu enim recto vt etiam Ariſtoteli videtur, imperfecto exiſtente, imperfecta exiſtentia mouentur. Has inſtantias tanquam iam præmiſſas et ſolutas, neque Alexander voluit proponere. et ego autem de cetero conabor tales tranſilire. Nouellus autem noſter iſte cornix, magis coloyus. ſumma enim viſurum iudicio ad auem diuinam ſecundum magni eloquii Pindarum, et contra ea quæ hic ab Ariſto. dicta ſunt procedens, primam quidem inſtantiam adduxit Xenarchi, tertiam ſubiiciens. Quamuis enim primum (ait) quod circulo mouetur, non iam aliud præter quatuor, ſiquidem et illis perfectis exiſtentibus ineſt manere aut circulo moueri. Dictum eſt autem prius ſæpe, quod non eſt hypercaumatis proprius circularis motus, ſed ſupra naturam ſuam ipſo mouetur ſimul cum cælo delatum, quare cæli proprie eſt, et ſi vere primum eſt natura quod circulo ſecundum naturam mouetur, cælum vtique erit primum, aliud exiſtens præter hypercauma, quod dicimus eſſe ignem. Deinde conceſſo tandem et quod perfectus ſit circulus, tanquam principium habens et medium et finem, quæ neceſſitas (ait) et motum qui ſit ſuper ipſum, eſſe motum perfectum? Si enim quia habet principium et medium et finem (vt Alexander dixit, ſed non Ariſtoteles) et qui ſuper finitam rectam habet aliquid tale. Et quidem ſi perfectum quidem eſſe circulum tandem conceſſit, rectam autem imperfectam, vt Ariſtoteles ſuppoſuit, quomodo vtique habebit finem recta, cum ſit imperfecta? Si vero finem intelligere oportet, quod facit perfectum habentem, et neque vna additione indigens, ſed non quod terminat ſolum, quod quidem et additione indigentibus conuenit, quare qui circulum perfectum, et rectam imperfectam ſupponit, quod quidem iſte tandem fecit, non habet locum dicendi perfectum eſſe motum qui ſuper rectam. ſi vero non habet finem recta. Si autem non habet finem, neque medium, quod vt ad finem. Adhuc ait, quoniam quidem circularem motum perpetuum ſupponunt, neque principium, neque vltimum habentem. palam quod hic quidem imperfectus erit, tanquam infinitus, perfectus autem qui ſecundum rectam finitam, Etenim infinitam rectam (ait) imperfectam dicunt, quia non habet principium medium et finem. quamuis additionem non ſuſcipiat. Hoc quidem vt eſtimo dubitatum eſt mediocriter a quocunque ſit dubitatum. Attendere autem oportet quod et circulus propter hoc perfectus eſt perfecte, quia omnis pars ipſius et principium habet et medium et finem. Et qui ſuper circulum motus, quamuis infinitus, tanquam in infinitum procedens, ſed non tanquam præſentialem habens infinitatem et indeterminatam, ſed ſemper finitam ſpeciem habet et ipſe. omne enim acceptum ipſius et principium et medium et finis, eſt cuiuſdam periodi, quare perfectus cum ſit in infinitum producit perfectionem. Totaliter enim ſi aliquando imperfectus acceptus eſſet non poſſet in infinitum procedere. neque enim imperfectus exiſtens poſſet habere virtutem ad infinitum. neque quandoque ad perfectionem deductus, et principium, ſtatum in parte temporis accipiens. ideo etiam declinare in tempore aliquo. Quoniam autem non eſt (ait) ſecundum exiſtentiam infinita recta, palam quod et omnis motus qui ſuper rectam habet et principium et vltimum. et horum intermedia. igitur perfectus. quantum eſt in diffinitione perfecti. Hoc rurſus eiuſdem cognationis cum aliis huius viri dubitationibus. vltimum rectæ tanquam finem accipiens. quamuis et iſte illud finem dici nouerit, quod additionem aliam non ſuſcipit. tanquam defectiuo exiſtente priore. quod vere circulo quidem et circulari motui conuenit. rectæ autem non conuenit. Quamuis enim vnumquodque momentum circuli (non vltimum ſolum ſed et principium eſt motus alterius, non tanquam defectiua in aliquo priori perfectione, ſed tanquam eadem perfecta exiſtente ſecundum ſpeciem iterum et iterum facta. qui autem ſuper finitam rectam motus, cum rectæ appoſita fuerit, et ipſe apponitur vna ſpecie imperfecti exiſtente, quæ cum additione fit. Sed ſi diametrum vniuerſi non eſt naturalem rectam maiorem accipere, quomodo non eſt hæc perfecta ſecundum finem proprie, quæ ſuiipſius ſpecie accepta additionem non ſuſcipit? Aut et ad hanc dubitationem dictum eſt a me, quando Ariſtotelis intellectum conatus fui explanare. non contentus Alexandri ſatiſfactione dicentis, quod ratione poſſumus nos omnem acceptam augere. volens ſic oportere intelligere Ariſto. aſpicere ad ipſam ſpeciem circuli et rectæ. hanc quidem ſuiipſius natura conuenientem. hanc autem interminationem quantum ad ſeipſam effuſam, quamuis terminauerit ipſam et menſurauerit conditiua ratio, cooperante (vt eſtimo) circuli figura, committit enim ad ſeipſam hæc. et rectæ quæ in ipſa ad infinitatem quantum in ſeipſis tendentes vltimum quod conueniebat acceperunt. Adhuc autem (ait) motus cæli et tempus menſuratiuum ipſius, ſiquidem perfectus eſt, habens principia media et finem et non ſunt infinita, neque indefinentia vt Ariſtoteles exiſtimat. ſi autem indefinentia non ſunt, perfecta enim habent principium media et fi-

nem. Surſum itaqȝ ⁊ deorſum, iſto reuoluente eaſdem dubitationes. ſurſum ⁊ deorſum neceſſe ⁊ me eadeȝ dicere, ꝙ ſicut circulus ſic ⁊ vnaquęqȝ periodus/motus ⁊ ipſius menſuratiuum tẽpus per totum, ⁊ principium habent/⁊ mediuȝ/⁊ finẽ. ſicut enim omne ſignum in circulo, ⁊ principium ⁊ mediũ ⁊ finis eſt, ita ⁊ omne momentum in motu, ⁊ omne nũc in tempore. Indeficiẽtia autẽ habet in eo qđ iterũ ⁊ iterũ. ſpecie a igiť eſt ⁊ principiuȝ habens vbiqȝ ⁊ mediũ ⁊ finem, ⁊ additionem nõ ſuſcipiens, ſed non qđ indeficiens. hoc enim aliarũ habet pfectionem. ſ. infinitatẽ virtutis, ⁊ forte hãc ſupernaturaliter: ſiqdem vere videatur omne finituȝ corpus finitã habere virtutẽ ſuiipſius rõne. ſiue igitur a magnitudie ꝯſequentiã inchoans dicat aliqs, ſicut ſe habet magnitudo, ita ſe habere ⁊ motuȝ ⁊ tempus, ſiue a tẽpore, ſm id qđ ecõuerſo, palam ꝙ ſm ſpẽm accipiẽdum, qđ perfectum ⁊ principiũ ⁊ medium ⁊ finem habens circulariſqȝ magnitudinis, ⁊ reſtitutiui motus, ⁊ tẽporis hunc menſurantis. oluns enim ſpẽs ⁊ principium ⁊ media ⁊ finem hȝ, ⁊ vbiqȝ omnia tria apparẽtia, ⁊ nullaȝ additionem ſuſcipiunt tãq̃ habẽtia defectum, ſed neqȝ per inuicem oſtẽſio eſt vt putat. Si eniȝ/ait/ex eo ꝙ circulus eſt perfectus, voluit ⁊ motum qui ſuper ipm eſſe perfectũ, ſupnaturalem autẽ circulum eſt motus iſte. hic autẽ eſt cęleſte corpus. Rurſum auteȝ ex eo ꝙ perfectus eſt circularis motus accepit, ⁊ qđ mouetur ipſo pfectuȝ eſt cęlum. Per inuicem ergo, ⁊ non demõſtratiua eſt ratio. in his ipſa verba ipſius ꝓpoſui, ad notãdum ⁊ cognoſcẽdum ex paucis verba viri. Primũ quidẽ putat igiť circularem motum ſup circulum aliquem fieri: ⁊ motũ cęli ſup cęleſte corpus, non intelligẽs ꝙ ipſius motus eſt circularitas, poſſibile autẽ ⁊ quod nõ circulare circulo moueri. etenim cubũ poſſibile circa axem circulo moueri, q̃uis circulum in ſeipſo nõ habeat, ⁊ quod cęlũ ipſum moueť circulariter, ⁊ qui in ipſo circuli. Quõ igiť poſſibile eſt ipm eſſe quod mouetur, ⁊ id ſup quod eſt motus? Sȝ neqȝ ſphęralitate cęli interim Ariſtoteles vſus eſt. hoc enim poſterius oſtendiť, ſed circulari motu, quem circulatio aſtrorũ ab eodem in idem ſm ęqualem a terra diſtantiam oſtẽdit, qa non tãq̃ a cęleſti corpore vt a circulo oſtendit perfectum circularem motũ, ſed ſpecie ipſa motus. diſtenſionem eniȝ habẽs aliquaȝ ⁊ figuram habet, quãdoqȝ qdem rectitudineȝ, quãdoqȝ autem circularitatẽ, ⁊ hunc circulum tãq̃ perfectum accipiens ꝓpter vbiqȝ circuli ſpẽm ab ipſo motum figuratum ſm ipm perfectum oſtendit, ⁊ ab hoc tãq̃ a manifeſtiori, manifeſtiores eniȝ ſubſtãtijs ſunt opatiões, ſubam cęleſtis corporis aut circularis pfectaȝ eſſe ſyllogiçauit. quare neqȝ per inuicẽ eſt oſtenſio, vt iſte putat. Sed ⁊ ſi pfectum/ait/cęleſte corpus eſt, qa ſphęricuȝ eſt. nihil in hoc differt a reliquis elementis, quoꝝ totalitates vult eſſe ſphęricas, etiã ipſe Ariſt. Rurſum igitur cogor eadem dicere, ꝙ nõdum qdem ſphęricum cęluȝ demõſtratum eſt: neqȝ tãq̃ ſphęricum nũc pfectum eẽ ait, ſed tãq̃ circulariter motum hoc motu, tãq̃ pfectuȝ perfectis cõuenire volens. Et ſi igiť ſphęrica ſint ⁊ alia elementa, ſed primo quidem non ex ſphęralitate oſtẽſuȝ eſt nunc, ꝙ cęleſte ſit aliud pter quattuor elementa, deinde neqȝ in his eſt vera ſphęralitas, ſed ⁊ ipſuȝ quod habent/a cęleſti compſſione habẽt forte ſupnaturaliter ⁊ hęc ſuſcipiẽtis. Iterum autẽ tãq̃ penitens ꝙ ꝯceſſerat perfectiorem eſſe circulum q̃ rectam, cõtrarium oſtendere. Si enim/ait/ſupficialis circulus accipiatur: vt Alexander videť, non habet cẽtrum actu, ne diuiſus ex ſe penes ipm non iam ſit cõtinuus: qa non hȝ principiuȝ:

finitę autem linęę, ſiue naturalis, ſiue mathematicę extrema actu ſunt. Quanto igitur/ait/qđ actu pfectius eſt/eo qđ potentia/tanto recta pfectior erit circulo. Sȝ ſi quidem ad exercitiuȝ iunioribus hęc ꝓferret, forte vtique haberent aliquam rõnem nõ ingratioſam. quoniã autem vt dogmata pfert iſta contra beatitudinem cęli, ſic exiſtẽtia vilis/vtiqȝ miſer erit ipſe iuſtę, ⁊ q ab his fuerint ſeducti. qualr enim centrum vniuerſi dicit eſſe potẽtia, circa qđ totum cęluȝ mouetur perpetuo motu? Et palam ꝙ polos cęli putat eſſe potẽtia ſolum. Cauſa autem ꝓpter quã voluit iſta dicere. adhuc magis ipſius redarguit ignorãtiam. non enim eſt actu/ait/cẽtruȝ circuli, ne continuitas ipſius interrũpatur. ⁊ ſiqdem ſm aſſignatam cõmuni diffinitionem/cõtinua ſunt, quoꝝ vltima vnuȝ, centrum autẽ vnum exiſtens commune eſt rectarũ delataruȝ ab ipſo ad circũferẽtiam: quomõ vtiqȝ hoc ens actu diſſoluet cõtinuitatem? Si autem linearis ait/circulus. primo quidem mathematicus erit ⁊ nõ naturalis. deinde cẽtrum nõ ſolum talis circuli non eſt accipere actu, ſed neqȝ intermedium peripherię ⁊ cẽtri. q̃uis quis audiens linearem circulũ/aliquid intermediuȝ circulationis ⁊ centri adhuc inqrit, ſed de lineari vt dixi de quo rõnem Ariſto. facit. linearis enim eſt cuius ſm motum diſtenſionis omnis pars ⁊ principium ⁊ finis, ꝓpter qđ ⁊ totus per totũ pfectus eſt circulus. Deinde inſtat ad hoc ꝙ finitã rectam augere poſſibile eſt, producens diametrũ mundi/⁊ Alexãdri expõnem/dicẽtem, ꝙ rõne nihil ꝓhibet omnem finitam rectam augere, meditationibus nouis ⁊ ipſe ꝓcedens. Dixi autẽ ꝙ ad nãm recte aſpexit Ariſtoteles non cõuertens ad ſeipſam, ſicut circulus. ſed quãtum in ſeipſa ad interminationem effuſę. ſicut ⁊ bonus viri ſermo. Et circulo eni ait/ſi vere corpus ſit, ⁊ ſi ſphęre. ex quo circũquaqȝ corpus circũfuſum extrinſecus ⁊ adiectum maiorem facit. Et vide ꝙ neqȝ diffinitionẽ circuli nouit iſte, ſi corpus ipſum ſupponit. Et qdem neqȝ Alexãder ſuperficiem ipm ſupponẽs con rõne Ariſtotelis (vt eſtimo) expõneȝ fecit. Qualiter autẽ vtiqȝ apponi circulo aut ſphęre dicetur extrinſecus circũfuſum, nõ exterminata priori ſuperficie, ſicut in recta quãdo ipſam adaugebimus primũ ipſius vltimum exterminãtes, pro bicubitali tricubitalem facimus rectam? Super circulum autẽ/circulum circa circulum ⁊ ſphęram circa ſphęrã circũiacimus. Sed multa/ait/circularia ⁊ ſphęrica in aialium corporibꝰ ab alimento ingrediente adaugentur, ſicut circulus capitis hominis, ⁊ circulus cornee tunicę in oculo. Qui autem hęc obijciũt nõdum Ariſto. intellectũ de his attigerunt. Finitã enim rectam/ait/imp̄fectaȝ, qa eſt aliqđ extra ipſam ad quod adaugeť ipſa manens ⁊ ſolam terminationem ãmittens. circulus autem qui ab alimento augetur, aut ſphęra deintus augeť non facta ſibi appoſitiõe deforis, ſicut in recta: propter qđ ⁊ dicitur aliqđ eſſe extra rectã. ſed circulus augeť tota ſpecie ſuperexcreſcente. ꝓpter qđ nõ dicitur huic apponi quod aduenit, non enim ſuſtinet ſuſcipiens appoſitionẽ, vt recta. Et ſi igitur augeať diameter vniuerſi non conſimilr ſibi adaugetur ſphęrica ſuperficies. ſed recte qdẽ manet prior pars additionem ſuſcipiens, ꝓpter qđ ⁊ imperfecta illa videtur. ſphęricę autem ſuperficiei aut circuli nihil manet prioꝝ. alia enim circunductio ſit circulationis. q̃re non ſimilr in circulo ⁊ in recta augmẽtationem intelligendum, ſed vbi qdem ſm appoſitioneȝ. appoſitio autẽ ſm deficiens. vbi autẽ ex perfecto/ꝓducto iterum pfecto ⁊ terminato. Quęrelãs autem ⁊ aſſignatã pfecti diffinitionem in multaȝ/ait/excidere incõueniẽtiam, attentem

prantem manũ/aut linguã/aut terrã/aut ignẽ/aut aliquã aliaꝝ partiũ diuidere in principiũ ⁊ mediũ ⁊ vltimum. quãuis ⁊ ſi non velit aliquis hoc perfectũ eſſe qḋ habet pncipiũ ⁊ mediũ ⁊ vltimũ. ſꝫ omne corpus cui nihil deficit ſemper ex his cõſumatũ eſt. etenim manus prima quidẽ vtiqꝫ pars erit ſm quã toti copulatur, extrema autẽ qḋ apud digitos, media aũt vola, ⁊ linguę ſimiliter. Et ſphęrę aũt principiũ habẽt. ſm aliquid quidẽ in cẽtris. ſm aliquid aũt in periferijs. Omiomera aũt ſi ſint perfecta hñt penitus ⁊ alalia. ⁊ de corpore tres hñte dimenſiones dimẽſiones, non dubitamus vt iſte putat. qualia qdẽ hñt ratione pncipij, qualia aũt medietatis, ⁊ qualia vltimi. Palã enĩꝫ qḋ principiũ quidẽ qḋ ſm lineam ⁊ lõgitudinẽ, mediũ aũt qḋ ſm ſuperficiẽ, vltimũ autem qḋ ſm ꝓfunditatẽ. ℂ Si aũt cub⁹ facit dubitare, qꝛ hꝫ tres dimenſiones ęquales, quę quidẽ principiũ, quę aũt mediũ, ⁊ quę vltimum. Dicaꝫ ꝙ cum quę vt longitudo determinãtur, ſumemus principiũ quãuis indifferẽs. vnde igit̃ eſt accipere ⁊ in ſphęra, longitudinẽ quideꝫ quã determinat maximus circuloꝝ qui in ipſa, latitudinẽ autẽ totaꝫ ſuperficies, profunditatẽ aũt dimenſio deſcendẽs a ſuperficie vſqꝫ ad centrũ. Quale aũt aliud ſapiẽs meditatus eſt iſte glorioſus: ſi linearis/ait/circulus ſm qḋ hꝫ principiũ ⁊ mediũ ⁊ finem perfectus eſt, ⁊ ſm qḋ nõ tres habet dimenſiones imꝑfectus eſt. quare ſm aliqḋ quidẽ perfectus, ⁊ ſm aliquid imperfectus. Si igitur circularis motus, ſuper circulareꝫ lineam, ⁊ non ſm id qḋ trium dimenſionũ, imperfectus ⁊ ipſe. ſi igitur ex eſſe ꝑfectũ circularẽ motum voluit (inquit) oſtẽdere ꝙ ⁊ ꝓr recto. oportebat vtiliter perfecti intellectũ diffiniuiſſe, ⁊ oſtendiſſe omni quidẽ circulo diffinitionẽ congruere, ⁊ nulli rectę. Indulgeat itaqꝫ omnis cũ diligẽtia legens, ſi tales huius ſentẽtias per ipſius verba nolo trãſcribere. verecũdia enĩꝫ hoc facio qꝛ non crederẽ aliqñ hanc talia intelligenteꝫ audere Ariſtoteli ꝯdicere. dicit nanqꝫ, quoniã perfectionẽ corporis nõ hꝫ linearis circulus. palam aũt ꝙ neqꝫ humani corporis. non enim hꝫ caput ⁊ pectus, ⁊ pedes, neqꝫ ꝑfectionẽ litigioſi ſermonis. ꝓhemia enim ipſi ⁊ epilogi ⁊ horũ media non inſunt, nõ eſt ꝓprie perfectus qm̃ non omniũ ſpecieꝝ ſimul cõprehẽſas habeat perfectiones, cum ipſe ſit determinatus ſm vnam ſpẽm, ſed ⁊ hac rõne neqꝫ totus eſt. non enim hꝫ eqꝫ totalitatẽ. cõem ꝯo caracterẽ perfectionis .ſ. principium habere ⁊ mediũ ⁊ finẽ, ⁊ circulus hꝫ ſm ſuam ſpeciem/ſicut ⁊ corpus ſm ſuam. Et mirũ ꝙ Ariſto. cuꝫ audiſſet dicentẽ. (cõſumatio enim ⁊ mediũ ⁊ principiũ numerum hꝫ omnis oẽ aũt ⁊ perfectũ non ſm ſpeciẽ differunt abinuicẽ) ⁊ ipſe ẽt vſqꝫ nũc vtens ſic noie perfecti. ⁊ confeſtim ad talẽ intellectũ cõtradicens, qñ dicit. propter quid totaliter principiũ habẽs ⁊ vltimum, ⁊ horũ intermediũ perfectuꝫ eſt. ⁊ tñ adhuc Ariſto. expoſtulat vniuerſaliter intellectuꝫ perfecti diffinire, niſi forte vlr non qḋ cõe dicit, ſed qḋ ex omnibus his quę ſm parteꝫ ſm dĩias ipſoꝝ collectum, qḋ quidẽ impoſſibile erat. Quęrit autẽ ꝓpter qḋ totaliter principiũ habens ⁊ vltimum ⁊ horũ intermediũ perfectum eſt. ⁊ non magis qḋ neqꝫ principiũ habꝫ/neqꝫ vltimũ, vt infinita linea, neqꝫ enim ſm intellectũ appoſitionẽ vt augmẽtationẽ hęc ſuſcipit. ⁊ mirabile ꝙ grãmatici libros intitulans nunquã quęſiuit ethimologiam teliu .i. perfecti a telos .i. fine. dicẽtibus oĩbus. habens enim finẽ ſuoꝝ complementoꝝ, ſemper ⁊ medium hꝫ ⁊ principiũ, non aũt principiuꝫ ſolum habens/aut principiũ ⁊ medium. non vt mediũ antequã omnino ⁊ finẽ acceperit. ⁊ ꝓpter hoc ẽt Ariſtote. omne ⁊ perfectũ nihil differre ſm ſpeciem/ait. ſi autẽ ⁊ telos .i. fineꝫ vnũ perfectiſſimũ dicamus. perfectũ vtiqꝫ qḋ omnibus ſuis bonis repletum eſt primis ⁊ medijs ⁊ extremis. ⁊ ſi hoc ſit magnitudo partibus conuenientibus ſibi. infinita aũt recta, primo quidem neqꝫ eſt quare ꝓprie valde grãmaticus ſolam magnitudinuꝫ quę non eſt perfectaꝫ vocari ſtatuit. deinde ⁊ ſi exiſteret interminatam ⁊ incomprehenſibileꝫ haberet ſubſiſtentiam ipſius, ⁊ intellectũ, qui de finis eſſe, ⁊ ſuis cõplementis circũſcriptus eſſe. His quidẽ igitur ⁊ hãc Ariſtotelis literam quicũqꝫ eſt iſte per prolixas nugas moleſtare intẽdit. ſed ad ea quę deinceps procedendum.

ℂ Ex his quidem vtiqꝫ manifeſtuꝫ, quia nata eſt eſſe quędam ſubſtantia corporis, alia pręter eas quę hic conſiſtentias dignior ⁊ prior omnibus hĩs.

ℂ Cõmunem dictis cõcluſionẽ adducit, poſitis enim illis manifeſtuꝫ eſt ex ipſis ꝙ eſt aliud aliqḋ corpus ſimplex .ſ. circulare ꝑter quattuor elementa, diuinius ipſis ⁊ prius natura. Si enim oſtenſum eſt ꝙ circularis motus ſimplex ⁊ prior natura eſt/ꝗ̃ rectus. ſimplex aũt ⁊ prior recto eſt ſimplicius corporis ⁊ natura prioris corporibus recti motus. ſimplex autẽ ⁊ prius natura ⁊ diuinius eſt. palam ꝙ ex poſitis conducta eſt concluſio iſta. Com. 13.

ℂ Et ſi quis vtiqꝫ adhuc accipiat omneꝫ eſſe ſimplicẽ motuꝫ, aut ſm naturam, aut ꝑter naturam. ⁊ euꝫ qui alij pręter naturã, alteri ſm naturam. quale qui ſurſum ⁊ qui deorſum paſſi ſunt. hic quidẽ eſt igni, hic autem terrę, pręter naturam ⁊ ſm naturã. quare neceſſarium ⁊ circularẽ motũ, quoniaꝫ hĩs pręter naturam alterius cuiuſdã eſſe ſm naturaꝫ.

ℂ Non ſolum ex iam dictis concludit̃ aliud eſſe pręter quattuor elemẽta circũferibile corp⁹, ſed ⁊ ex argumẽtis quę nunc proponit. quoꝝ primum eſt vt eſtimo tale ſm Alexandrũ omnis motus naturalis ſimplex/aut ſm naturaꝫ ineſt corpori ſimplici qḋ mouetur ipſo, aut pręter naturam, qui autẽ pręter naturam ineſt alicui, alij ineſt ſm naturam. hoc enim eſt pręter naturam moueri naturali motu, moueri ipſum motu qui eſt alterius ſm naturam, ⁊ non ſm propriaꝫ naturã. omnis enim motus naturalis eſt ſm naturã alicuius mobilis. Si igitur circularis mot⁹ eſt naturalis, naturalis aũt ſi pręter naturam ineſt alicui, alij ineſt ſm naturã. palam ꝙ circularis motus, ⁊ ſi ponat̃ pręter naturaꝫ ineſſe quattuor elementis, nihil minus erit corpus pręter hęc, cui ſm naturã inerit circulo moueri. ℂ Obijcit autẽ ad hęc Alexander de hipcaumate, Ariſtotele dicente, ꝙ corpus qḋ deinceps circulariter mobili ſemper ab illo circũfertur circulariter. ⁊ Xenarcho etiam inſtantiã ferente. Interrogandus aũt/ait/vtrum pręter naturaꝫ ineſt illi circularis motus, aut ſm naturã: ⁊ ſi dicat quis pręter naturam, erit aliqs ſibi ſm naturã qui ad ſurſum. quoniã igitur pręter naturam ille qui ad deorſum, duo vni cõtraria erunt. quare circulo feribile ſm naturam, aerqꝫ ⁊ ignis. Obijcit autẽ primo vt de ignea aut laterina ſphęra, ſi enim aliqs mouens ipſam circulariter, interrogauerit vtrũ pręter naturam ineſt ipſi circularis motus. oſtẽdit ꝙ non pręter naturam, erit eniꝫ aliqs ipſi ſm naturã qui ſurſum aut deorſum, non enim ſunt alij pręter hos ſimplices. quẽcũqꝫ autem quis dixerit, alter alterius erit. Eſt aũt ⁊ qui circulo pręter naturã contrarius, duo ergo vni ꝯtraria, vt igitur hoc non eueniat, neceſſe ſm naturam dicere etiã talis Com. 14. Obiectiones Alexan.

ſphere circularem motũ. non neceſſario aũt (vt eſtimo) ſpherã ſuppoſuit, neq3 enim Ariſt. hunc tanq3 de ſpherico de celeſti facit ſermonez, ſed a circulari motu arguit. circulo autẽ moueri põt et cubus, et totaliter non circularia corpora. ¶ Solutio. Soluit aũt Alexãder dubitationez dicens, q neq3 corpus qđ circũducit cũ celo, circulariter mouet, neq3 enim ſimplex eſt motus ipſius, circũducto enim ipſo neceſſe ſiqdẽ aliqd leue in ipſo, ſurſuz ferri, ſi autez aliquid graue deorſum. mixtus igit eſt motus, ſed neq3 lapidea ſphera vel lignea circulo mouetur/ait/ſed ſurſum et deorſum, ſi ſurſuz quidẽ qđ a medio vniuerſi/ deorſum aũt qđ ad mediuz. Sed hoc quidez (vt eſtimo) paratius erat ſoluere, dicẽdo non nalẽ eſſe talem motũ, neq3 ſimplicis, ſed artificialẽ et compoſiti. et pp̄ter hoc, neq3 huic ſm nãm, neq3 alij alicui, quare neq3 p̄ter nãz, ſiqdẽ neq3 alij ſ3 naturã. Ad ſolutionẽ hypercauma/ tis ſuperdubitandũ erraticũ ipſum circũmotum, etenim et hoc ſimul circũfertur cũ vltima et ab vltima. et palam q neq3 eſt in hoc leue, aut graue, neq3 aſcendẽs vel deſcendens. et ſm nãm quidẽ nõ vtiq3 inerit huic, ſiquidẽ alium hz ſm naturã, qui ab occaſu. vnus aũt vnius vniuſcuiuſq3 ſimpliciũ qui ſm naturaz motus, preter naturam aũt Ariſto. non et concedet poſt pauca dicẽs bene q mirabile et penitus irrationabile cõtinuũ et perpetuũ exiſtentẽ motuz preter naturã eſſe, citiſſime enim corrũpi qđ preter naturaz, ſed dictum eſt prius, q et hypercaumati et erratico conuenit talis motus, neq3 ſm naturaz, neq3 preter naturam, ſed ſuper naturam eſt. et ſic preter naturam tanq3 ſm naturaz alterius melioris vitalẽ motum imprimentis ſm vite altiores menſuras, talis autez preter naturã non eſt contrariuz, neq3 enim ſm contrarias qualitates ineſt, vt qui ſurſum/ et qui deorſum, neq3 oppugnant inuicez, ſaluatur eniz magis ab eo qđ ſupra naturã qđ ſm naturã. Sed ipſum Ariſto. ſermonẽ cõſiderandũ, quõ dixit circularem motuz ineſſe preter naturam hijs que ſub luna elementis, quorum terrã et ignẽ nominauit, neq3 enim p̄ter naturã ineſt terre, aut aque, aut ei qđ deorſum aeris circularis motus. quãuis et Alexander, eſt autez/ait/qui circularis, quatuor corporibus preter naturam, et argumentũ autẽ ſic accepiſſe videtur, eum qui alij preter naturam, alteri autem ſm naturam dicens, et exempla eius qui ſurſum, et ignis et terre, et q duoꝝ horum motuum hic quidez igni, hic autem terre, preter naturã et ſm naturam eſt. Forte igitur [quoniam hijs preter naturam, alteri ſm naturam] non ita dictum eſt/tanq3 terre, aut alicui alioꝝ elementorũ ſub luna preter naturã quidẽ circulariter motoꝝ autem, ſed vt negationẽ eius, qđ ſm naturam accepit, qđ preter naturaz, ac ſi diceret, quoniã quatuor elementis non ſm naturã eſt circularis motus naturalis exiſtẽs et ſimplex, ſiue tanq3 neq3 totaliter motis ipſo, etenim talibus non/ſm naturã, verꝝ eſt dicere, ſiue tanq3 motis ipſo, non tñ ſm propriam naturã, ſed ſm naturam alterius. neceſſe alterius cuiuſdã ipſuz eſſe ſm naturã. ſi quidez eius qđ mouetur eſt motus. Sic enim premiſſaz inſtantiã ſoluemus dicentem, quõ ſuperius cum dixiſſet, neq3 ſm naturam, neq3 preter naturam ineſſe quatuor elemẽtis circularem motum, hic preter naturam ipſis ineſſe ait: ſiquidẽ ibi/preter naturam/acceptum fuit priuatiue ei qđ ſm naturam oppoſitum, propter quod et duo contraria vni illata fuerunt, hic autem negatiue.

¶ Adhuc autẽ ſi quidẽ eſt circularis latio alicuius ſm naturã, palã q vtiq3 erit aliqđ corpus ſimpliciũ et primoꝝ, qđ natũ eſt quẽadmodũ ignis ſurſuz, et terra deorſum, et illud circũferri ſm naturã. ſi autẽ preter naturã ferunt lata circũ ſm peripheriam. mirabile et omnino irrationabile ſoluz eſſe cõtinuũ hũc motum et ſempiternũ, exiſtentẽ preter naturam. vident enim in alijs citiſſime corrupta que preter naturam.

¶ Ex diuiſione itez idem oſtendit/q aliud aliqđ preter quatuor elemẽta eſt, qđ circulari motu mouet. dicit aũt ita virtute, circularis motus qm̃ naturalis qdẽ eſt et ſimplex motus omnino ineſt nali alicui et ſimplici corpori, aut ſm naturã, aut preter naturaz, ex abundãti diuiſiue dicẽs. quoniã palam q naturalis exiſtẽs omnino ſm naturam ineſt alicui, pp̄ter ineuitabilitatẽ autẽ diuiſionis et ſimul multipliciter afferens problema, et hoc apponit argumentũ dicens. ſi quidẽ ſm naturam eſt circularis latio ſimplex cũ ſit et prima, qđ quidem oſtenſum eſt, omnis autẽ motus, moti ſemꝑ eſt corporis, erit vtiq3 aliqđ corpus ſimpliciũ corpoꝝ, et primoꝝ, quod natũ eſt hoc motu moueri, aliud p̄ter ea que recti motus, vt enim illa eo qui ſuper rectã, ita et hoc circulari mouet. Si aũt preter nãm ineſt circularis latio illi cui quidẽ ineſt (idez autez eſt dicere ſi p̄ter naturã ferunt que ferunt circulariter circulari motu) mirabile et oĩno irrationabile eſt, circularẽ motum entem preter naturã ſolum eſſe cõtinuuz et perpetuũ. qđ quidẽ in 8° de naturali auditu oñſuz eſt. Sed mirabile quidẽ hoc q multam conſuetã nãm iterũ tranſgreſſus eſt, hec enim ſunt mutabilia. penitus autez irrationabile, ſi qđ p̄ter nãz continui et ppetui motus ſit cauſa. videntur eniz in alijs citiſſime corrũpi, que preter nãm. laborat enim vnaqueq3 natura operans non ſm ſuipſius ſpẽm. que quidez enim ſm nãm mouent, mouetur a virtute per ſe nãliter operante et ipſi coexiſtẽte, propter qđ et ſine labore mouentur. que aũt preter naturã, patiunt magis q̃ operãtur, non a nali virtute mota, ſed extrinſecus pulſa vi. propter hoc eniz naturalia corpora requie non indigent, qt ſm naturam ſuã operãtur. Alaliuz aũt corpora indigẽt omnino requie, qt nõ ſunt ipſoꝝ corpoꝝ ſm naturam aiales motus, ſed ab aiabus vtẽtibus tanq3 organis, tanq3 altero motu mouentur.

¶ Quare ſiquidẽ eſt ignis qđ circũfert, quẽadmoduz aiunt quidã, nihil minus ipſi p̄ter naturã eſt iſte motus, q̃ qui deorſum. ignis eni motũ videmus eſſe qui a medio ſm nãz.

¶ Alexander ait ſuperius oſtẽſis ſequi hoc dictũ. dicentibus eniz circulo moueri ignẽ/ſequit q preter nãz ipſi inſit iſte motus, nihil minus q̃ cũ qui ad deorſuz, ſi vere ſm nãm quidẽ ipſi qui ad ſurſum, vnus autẽ vnius ſm naturã. Forte aũt non eſt hoc qđ dicit q igni p̄ter naturam ſit circularis motus, hoc enim dictum eſt ſepe. ſed oſtenſo q circulo moti corporis, non eſt p̄ter naturam circularis motus, ſi vere continuus et ppetuus ſit, oſtendit vtẽs pereoſtẽſo, co. ſ. q non eſt p̄ter naturaz circulariter moto corpori, circularis motus, q circulariter mobile corpus non eſt ignis. oſtendit aũt ita. Si circulo motũ corpus eſt ignis, ſeqtur q inſit ipſi p̄ter naturã circulatio, nihil minus q̃ motus ad deorſum, at ſ̃o circularis motus nõ ineſt p̄ter nãm circulariter moto, ſi vere cõtinuus et ppetuus, neq3 ergo circulo motũ corpus eſt ignis. Poſſibile aũt eſt et in ſcđa figura affirmatiue ſyllogizari, ita circulariter moto corpori nõ ineſt p̄ter naturaz circularis motus, igni preter naturã ineſt circularis motus,

Com. 15

Com. 16

tus, corpus ergo circulariter motū non eſt ignis. ſi autē ita intellexerimus dictuꝫ, neqꝫ dicemus ꝙ litera aliquo indigeat, ſicut Alexāder dicit, qui ⁊ hoc apponit, ꝙ ⁊ q̄ dicunt ipſum ſubtiliatū ⁊ non aliter circulo moueri circa alimentū, quia qui ſuper rectam eſt eleuatio in altuꝫ, alimento non adhuc ad ipſum pertingente, ⁊ iſti confitent ipſum pręter naturā moueri ab alimēto, deductum vi. violentus aūt motus pręter naturā, qui aūt p̄ter naturam, poſterior eo qui ſm naturā, quare non primus qui circularis motus, ſi vere ignis eſſet qđ circulo mouetur. ¶ Alexāder aūt hic multis ⁊ ſpiſſis argumētis vult ꝙ nō inſit igni ſm naturam circularis motus, non eniꝫ rationabile/ait/ſolorū naturaliuꝫ corpoꝝ duo dicere moueri motibus ſm naturā, et quidē non igneꝫ ſolum, ſed ⁊ aeris qđ facile ductibile dicunt moueri circulo. Incōueniens aūt/ait/⁊ ignem exiſtentē ſimplicem duoꝝ motuū principia habere ſm naturā, ꝙ enim ⁊ eum qui ſurſum ſeruabit, palaꝫ. ſi enim diſtrahat rurſum ſic mouebitur, forte ſi diſtractus fuerit, imperfectus factus, motū rectū pro circulari tranſumit, ſurſum autē factus ⁊ perfectus, abijcit quidē motum rectū cōgruenteꝫ imperfecto, ſicut ⁊ obijcit eſſe imperfectū, tranſumit aūt motum congruentem perfecto, q̄r perfectiſſimo factus eſt cognatus, non a loco aūt tranſumit circularē motū, ſed a vicino ſibi circulo ſeribili corpore. neqꝫ variat ſpeciem ſimplr, circularem motuꝫ aſſumens ſeu tranſumēs, ſi vere qui rectus erat ignis, qui autē circularis perfecti, neqꝫ enim terram ſpēm tranſmutare dicimus, quādo deorſuꝫ lata quieuerit, ſed ipſi quidē imperfecte exiſtēti motum ſuper rectā damus, manſionē autem perfecte. qui v° ignem ſm qđ ignis ad ſurſum moueri dicit, ⁊ terrā ſm qđ terra ad deorſum, ⁊ nō diſtinguēs ipſoꝝ imꝑfectiones ⁊ perfectiones, ⁊ vtiqꝫ borū cōuenientes motus vel manſiones, dicet vtiqꝫ quę Alexādri ſm aliquid dicentis bene.

¶ Propter qđ quideꝫ ex omnibus vtiqꝫ his
ſidem habebit, aliquis ſyllogizās, credet † ꝙ eſt aliquid pręter corpora quę hic, ⁊ circa nos, alterū ſegregatū, tanto honorabiliorē hn̄s naturā, quāto quidem plus elongatum eſt ab his.

Com. 17. ¶ Fides duplex eſt, hęc quideꝫ ſine demōſtratione irrationabiliter facta, qualē quidā hn̄t ⁊ de incōuenientiſſimis, hęc aūt poſt demōſtrationē ⁊ nullum oſtēſiuū, quę certa ē, ⁊ irredarguibilis, ⁊ veritati entiuꝫ cognata. Quę igitur demōſtratiue dicta ſunt p̄dicta, merito dixit ſyllogizans fidē habebit, abundat autē talis fides/a ſcientiali notitia in cōpaſſione vitali, ꝓpter qđ ⁊ pbr̄ę ⁊ proprie viſus fuit, nunc hoc [fidem habebit] quia notitię de diuinioribus firmę, ⁊ compaſſio vitalis coexcitatur. Poteſt auteꝫ ⁊ [fidē habebit] dicere, ⁊ q̄r ex ſuppoſitione ſyllogizatū eſt, ⁊ palam ꝙ ſicut ſe hn̄t ſuppoſitiones ad euidētiam ita ſe habebunt ⁊ quę ex ipſis ad fideꝫ. Melius aūt vt eſtimo eſt dicere ꝙ oſtenſiuis neceſſitatibus, adeſſe ſuadet vbiqꝫ fidē, maxime auteꝫ in ſermonibus de diuinis, eam quę a fide compaſſionē non ſoluꝫ efficientē firmitatē vere cognitionis quādo poſt demōſtrationē aduenerit, ſed ⁊ vnionem ad ſcibilia, quę eſt finis humanę beatitudinis. pręcedit q̄dē enim ſurſum ductiuus amor, deſideriū diuinę pulchritudinis excitans in animabus, ſequit aut vera illius cōprehēſio, dignis, poſt hęc auteꝫ fides firmam collocationē in illo ⁊ vnionem ad ipſum largitur. Quod aūt quanto plus loco ſeparata ſunt cęleſtia ab hijs quę in gn̄atione ⁊ corruptione, tāto ⁊ adhuc magis honorabilitate ſubſtātię excedunt, palam vtiqꝫ erit, eteniꝫ hęc quidē ad extremū vniuerſi ꝓpulſa ſunt, cęlū aūt ſūmitatē corporalis ſpēi ſortituꝫ eſt. ¶ In his itaqꝫ expoſitis iam verbis Xenarchus inſtat ⁊ ad alia quideꝫ *Xenarchi obiectiones.* de q̄bus iaꝫ dictū eſt. ⁊ etiā ad hoc, vnū vni dici ꝯriuꝫ, facile eniꝫ/ait/cogētibus moueri ignē, ſm quācūqꝫ ſpeciē lineę/ſiue ſimplicē/ſiue ēt variā. dicimus autem/ait/⁊ in ſermonibus de moralibus, vnicuiqꝫ virtutū duo eē cōtraria, vt prudentię quidē aſtutiā ⁊ ſtultitiaꝫ, fortitudini autē audaciam ⁊ timiditatē, ⁊ in alijs ſimilr. ¶ Dicēdū *Solutiones.* autē ad primū quidē ꝙ eos qui pręter naturā motus ſingulorū ꝓprios eſſe oportet, natura enim ⁊ hi, ſed nō ex artificio, ⁊ varie aūt ſpecies lineaꝝ, nihil ad rationē. ſimplices enim ſunt ſimpliciū motuū lineę. adhuc autē eos qui pręter naturā tales eſſe opꝫ, vt alię ſint ſm naturaꝫ. ¶ Ad ſcđm auteꝫ ꝙ vnaquęqꝫ virtutum cōmēſuratio cuꝫ ſit, quę ex vtraqꝫ parte ipſius duo, vt incōmenſuratio vna ad cōmenſurationē opponunt, etenim hoc q̄dē eſt exceſſus, hoc autē defectus, ambobus auteꝫ cōe incōmenſuratio, hoc autē ⁊ ipſe procedens nouit, q̄r ſtultitię quidē aſtutia opponitur, ⁊ audacię timiditas. prudentię aūt/neqꝫ aſtutia/neqꝫ ſtultitia, ſꝫ qđ ambobus cōmune, ⁊ fortitudini, qđ cōe audacię ⁊ timiditati, ſicut excedenti quidē deficiēs opponit, qđ aūt cōe amborū, inęqualitas ęqualitati, ſed ſi hęc vera ſunt/ait/non neceſſe cęlū quinti alicuius corporis eſſe, ꝓpter nō duo vni opponi ſ. circularē ignis ⁊ euꝫ qui ad deorſum, ei qui ad ſurſum. Opponit enim vt quidā exceſſus ⁊ defectus, qui ad ſurſum, ei qui ad deorſum. vt aūt inęqualitateꝫ ad ęqualitatem qui amboꝝ cōis, hoc eſt qui ſuper rectam ad circularem. Hęc aūt dicta ſunt gratioſe quidē, nihil autem vt eſtimo ad dictā Ariſto. ꝯrietatē. non enim motū ſurſuꝫ ⁊ deorſum tanq̄ duo circulari oppoſuit, ſed circularem ⁊ eum qui deorſum, ei qui ad ſurſuꝫ. Sed ad ſuppoſitionem dicentē igneꝫ eſſe qđ fertur circulo. ſi vere huius q̄ hic ignis habēs intellectū dicit eius qđ ſm naturam ſurſum mouet. non incōuenienter dixit Ariſto. ꝙ nihil minus ipſi pręter naturā circularis motus, q̄ qui deorſuꝫ, ſit aūt ⁊ prius contrapoſituꝫ fuerat. duo igit quę pręter naturā/vnius qđ ſm naturam accepta ſunt, merito duo vni ꝯria cōcluſit. ¶ Grāmaticus aūt hic ſuam cuꝫ pręcipitatione ignorantiā incōſiderationē in verbis Ariſt. non erubuit vocare ⁊ ꝯtrarietatē, ſiquidē/ait/in ſecūdo quidē argumēto volens oſtēdere ꝙ non eſt vnum quatuor elementoꝝ qđ circulariter mouet. dixit ꝙ neqꝫ ſm naturā/neqꝫ p̄ter naturā ineſſe quatuor elementis circularē motū, q̄r qui p̄ter naturā ipſis ſuper rectā eſt, ⁊ vnū vni ꝯrium. Hic aūt rurſum volens oſtendere ꝙ neceſſe circularē motum alicui alij p̄ter quatuor elemēta ſm naturā ineſſe, accepit confeſſuꝫ ꝙ ipſis quatuor circularis motus p̄ter naturā inſit. naturalē aūt ipſum exiſtenteꝫ ⁊ ſimplicē motū oportuit alicui omnino ſꝫ naturā ineſſe, ſi aūt pręter naturā ipſis ineſt circularis motus, quoniā ⁊ ſuper rectā eſt aliquis ipſis pręter naturā, oppoſitus ei qui ſm naturā, duo ergo vni ꝯria erunt. ⁊ ſm hanc ſuppoſitionē aut in illis/aut falſo accepit ꝙ non ꝯtingit aliquod quatuor elementoꝝ eſſe cęleſte p̄ter naturaꝫ circulariter motū, aut nunc male ſuppoſuit, pręter naturā eē quatuor elemētis circularē motū. qđ quidē ille eniꝫ ſupponi accidere dixit incōueniens. ſ. duo vni cōtraria, idē ⁊ nunc poſitę accidere oſſuꝫ eſt. ¶ In his itaqꝫ quāuis breuius tamē fere ipſis verbis ipſius expoſitis, primuꝫ quidem attendere oportet, ad proxime dictuꝫ, ſi vere in vtraqꝫ rationum idem inconueniens concluſum eſt. ibi quidē enim confeſſe ad inconueniens ſermo deductus eſt. ſ. non ſaluari vnum vni contrariū eſſe, hic auteꝫ eue-

nit circularem motum, quoniaȝ his quę ſub luna pręter naturaȝ eſt, alij alicui ſm naturã eſſe, ꝙ autem non ſicꝙ ſine collocatione neqꝫ cõtrarioꝝ ſermonuȝ, primo quidem neqꝫ ſm naturã neqꝫ pręter naturã ineſſe elementis circularẽ motum dixit Ariſto. nunc autẽ pręter naturaȝ, opoꝛtebat quidẽ vt eſtimo, ꝛ ex hoc ipſo diſcernere ꝙ Ariſto. iam viciꝫ non vtiqꝫ cõtraria diceret, ꝛ bene dici magis credere, quoniã autem ad deterius declinat, venerabilẽ ſeipſum exhibere exiſtimãs, quę ante pauca ſm expoſitionẽ locoꝝ illoꝝ ſunt dicta, iterũ neceſſe eſt dicere. q2 ibi quidẽ pręter naturaȝ contrariũ accepit, ꝑꝑ qđ ꝛ concluſit duo vni cõtraria, tanꝙ ꝛ hoc pręter naturam exiſtente igni, ꝛ eo qui ad deoꝛſum: hic autẽ ꝑter naturam accepit, qđ non ſm naturã negatiuuȝ qđ vere poteſt quidẽ ꝛ priuatio ei qđ ꝑter naturã congruere. poteſt ẽt de non totaliter exiſtẽte verificari, ꝛ poteſt etiã de eo qđ ſupra naturã intelligit: ꝛ hoc merito q2 eoꝛuȝ quidem quę ſub luna elementoꝝ, hęc quidẽ neqꝫ totaliter mouẽtur circulari motu, vt terra ꝛ aqua, ꝛ qđ ſtagnatur aeris. hęc autẽ mouẽtur quidem, ſed alterius motu, ꝑpter qđ pręter naturã eo qui ſui ipſoꝝ tanꝙ ſupra naturaȝ, propter qđ neqꝫ cõcluſit hic, duo vni ꝫria, ſed ait quoniam his ꝑter naturã circularis motus, alterius alicuius eſt ſꝫ naturaȝ, quõ aũt totaliter ſi tanꝙ priuatiue exiſtẽs, acceptũ eſt nunc, qđ pręter naturã, qñ his pręter naturaȝ dixit, cum ignis ꝛ terrę memoratus fuiſſet proxime, quam neqꝫ totaliter vult moueri circulariter: ſi aũt non putat cõtingere /ait/ aliqđ elementoꝝ neqꝫ pręter naturã moueri, tamẽ nihil minus pręter naturaȝ ipſis /ait/ circularem motũ eſſe pręter naturã, ꝛ ita rurſum duo vni erunt contraria: qualia duo obtinere, ſiquideȝ circularis, neqꝫ ſm naturam ineſt alicui elementoꝝ, ſed nihil prohibet /ait/ ꝛ nos cõuertentes rationẽ, rectos motus ꝛ pręter naturã dicere ineſſe quinto, ſm ipſum, ꝛ circulari coꝛpori, quãuis nũquã pręter naturam ipſis moueat̃, ſimplices eniȝ ꝛ ipſi, igitur rurſum vni circulari ipſius ſm naturaȝ motui, duo recti, pręter naturaȝ ipſius motus, cõtrarij erũt. Sed ſi nunꝙ hi neqꝫ pręter naturam inſunt quinto coꝛpori, vt ſicut cõtrarij ei qui ſm naturaȝ ipſius, ſed vt negatio dictum erit, qđ pręter naturam, pro, non ſm naturam, quod quidem ꝛ de eo qđ neqꝫ eſt pręter naturã, verificatur, nullum inconueniens ſic pręter naturã dicere, neqꝫ enim duo vni contraria erunt. ab eodẽ autem contextu cõtrariationis ad veritatem aſpicere non potens, hoc ipſum cõſequẽter manifeſtauit. putans Ariſto. circulari motui ponere contrariũ, euȝ qui ſuper rectã, quãuis poſt pauca prolixos vt /ait/ extendit ſermones, in quibus tẽptat oſtendere ꝙ circulari motui non eſt contrarius motus. naturales eniȝ /ait/ ꝛ ſimplices motus qui ſuper rectam, ꝛ non ſunt ſm naturã quĩto coꝛpori, igit̃ pręter naturam ex neceſſitate ipſi inerunt. qđ autem pręter naturã, contrariũ ei qđ ſm naturam, qui ergo ſm rectaȝ ait/ motus ſimplices cum ſint, ꝫtrarij ſunt circuli. Et hic rurſum eos qui non ſm naturam ſm negationem tanꝙ cõtrarios pręter naturam accepit, qđ quideȝ videt̃ paſſus in omnib⁹ his cõtrariationibus, nõ intelligens quomodo dixit Ariſt. pręter naturam eſſe his quę ſub luna elementis circularẽ motum, quia his quideȝ tanꝙ neqꝫ totaliter motis ipſo vt terrę/ ꝛ aquę/ ꝛ ſtagnato aeris. his autem tanꝙ ſupra naturaȝ, cum cęleſti ſimul delatis, vt hypercaumati ꝛ facili ductuli aeris, quare non impediẽt hęc deinceps oſtendenda de eo qđ circulari motui non ſit cõtrarius motus. Dicere autẽ ꝙ qui ſuper rectaȝ partibus elementoꝝ ſm naturã inſit, tanꝙ inducens in eaȝ quę ſm naturam ſpeciẽ, quã quideȝ habebit per hoc ꝙ aſſumit propꝛium locum ꝛ propꝛiã totalitateȝ. ꝛ ab Ariſtote. dictum eſt breuiter, ſicut ꝛ iſte propoſuit, ꝛ ab alijs multis pħis, attamen ꝙ hypercaumati ꝛ ſuperiori parti aeris, ſm naturã ſit circularis motus tanꝙ propꝛius dignũ eſt quęrere, ſi vere ſimul cũ vltimo cęlo circũferuntur. ꝛ melius (vt eſtimo) eſt dicere hunc motũ ſupnãleȝ, tanꝙ. vȝ. aptis natis participare ipſo. ꝛ ſi ga ita dicit ſm naturam, neqꝫ incõuenienter dicet vt eſtimo cõtrariabitur Ariſto. differentiã cęleſtis coꝛpoꝛis ad ea quę ſub luna maxime a partibus eoꝝ quę ſub luna inueniens, cęleſtibus partibus nihil tale patiẽtibus, magnũ aũt aliquid ingerere eſtimat, oſtendens ꝙ ꝛ alij aduerſum quintam ſubſtantiã cõtradixerũt non attẽdens ꝙ nullus eorum ꝑpetuitatẽ mundi deſtruere putãs cõtraſcripſit, ſed exercitantes circa argumẽta nouũ aliquid habẽtis ad prioꝝ pħoꝝ doctrinas, ꝛ hi quidẽ peccabant ad Ariſto. intellectũ, ſicut iſte ceruicoſus: hi aũt tenẽtes ipſum ad apparens obuiauerũt, quicũqꝫ conant̃ oſtendere nõ ſimplex exiſtẽs cęlum. hi aũt etiã aliquid inuenerũt ſapiens, nullus tñ ſic maligne ad hoc ſoluȝ aſpexit qđ vident̃ cõtrariari his qui perpetuũ mundũ oſtendant ꝑpter habitos vanos intellectus de eo qui mundũ cõdidit. ¶ Eſt aũt dignũ nota in omnibus ab hoc viro dictis, ꝙ eiuſdẽ naturę cum totalitatibus quatuoꝛ elemẽtoꝝ ſtuduit oſtendere cęlũ, oppugnãs aduerſus quintã ſubſtantiaȝ, quare nondũ neqꝫ ex his coꝛruptibile cęlum oſtẽſuȝ eſt. ſiqdẽ ꝛ elemẽtoꝝ totalitates perpetue poſſunt eſſe quãuis generabiles ꝛ coꝛruptibiles, ꝛ ſm rectam motus habeant, ſi autẽ cęli partes non videntur hęc pati, palam ꝙ quãtũ in his quę ab iſto dicunt̃ nihil prohibet non ſolũ ſcđm, ſed ꝛ ſcđm partes perpetuum eſſe cęlum.

¶ Quoniã aũt hęc quideȝ ſupponuntur, hęc autẽ ex dictis oſtenſa ſunt. manifeſtum quia neqꝫ leuitatẽ neqꝫ grauitatẽ hꝫ coꝛpus omne. Opoꝛtet aũt ſupponere quid dicimus leue ꝛ quid graue, nunc quideȝ ſufficienter, vt ad pñtem neceſſitateȝ. diligentius aũt iterũ ꝫſiderabimus de ſubſtãtia ipſoꝝ. Graue quidem igit̃ ſit qđ ferri eſt natuȝ ad mediũ, leue autẽ qđ a medio, grauiſſimũ autem, qđ omnibus ſubſtat deoꝛſum latis, leuiſſimũ auteȝ qđ omnibus ſuperfertur ſurſuȝ latis: neceſſe autẽ omne qđ fertur deoꝛſum/ aut ſurſuȝ/ aut leuitatẽ habere/ aut grauitatẽ / aut ambo, non ad idem autẽ, adinuicẽ enim ſunt grauia ꝛ leuia, puta aer ad aquã, ꝛ ad terrã aqua.

¶ Quoniaȝ oĩs doctrina ꝛ omnis diſciplina rõcinatiua ex ꝑexiſtente ſit cognitione, vt ipſe nos docuit in analyticis, neceſſe ẽ aliqua ſupponi, ante demõſtrationes. hęc quidẽ vt a ſeipſis fidẽ habẽtia, hęc aũt vt pręoſtẽſa, aut vt oſtẽdenda. Et hic igit̃ pſuppoſita ſunt quędaȝ fundamenta, quędaȝ aũt ꝛ demõſtrata ſunt, pręſuppoſitũ qdẽ eſt duas eſſe ſimplices lineas. ſ. rectaȝ ꝛ circulũ, ꝛ ſurſuȝ quidẽ eſſe motũ q a medio, deoꝛſuȝ aũt qui ad mediũ, ꝛ circularẽ q circa mediũ, ꝛ vnũ vni ꝫriũ eẽ, ꝛ vnuȝ motũ eẽ vniuſcuiuſqꝫ ſimplicium, ſꝫ nõȝ. Demõſtrata ſunt aũt fundamentoꝝ qdẽ ꝙ duo ſunt motus, q ſimplices. ſ. circularis, ꝛ qui ſm rectã, ꝛ ꝙ ſimpliciuȝ ſint ſimplices motus, ꝛ ꝙ ſimplices motus, ſimpliciũ ſunt coꝛpoꝝ. nam ꝛ hoc vt eſtimo demõſtratũ eſt, ex motuuȝ ꝛ coꝛpoꝝ diuiſione ꝛ cõuenienti adaptatione. Demõſtratũ eſt autẽ ex ſuppoſitis, Com. 18.

ſuppoſitis ⁊ demõſtratis fundamẽtis, ꝙ pręter quatuor ſimplicia corpora quę ſub luna, eſt aliqđ aliud quintũ, cui ſm naturã eſt circularis motus, ⁊ hoc perfectius eſt ⁊ prius ⁊ honorabilius ſm naturã aliis corporibus. His aũt ſuppoſitis ⁊ demõſtratis ſequi/ait/neq̃ grauitatem/ neq̃ leuitatẽ habere oẽ corpus: ſi enim graue ⁊ leue ex ipſa diffinitione ꝓpria eoꝝ quę recti motus videantur, oſtẽſum eſt aũt ꝙ circulariter motũ ſit pręter ea quę recti motus, ſi aliud vt neq̃ ſm naturã/neq̃ ꝑter naturã ipſi poſſit conuenire, qui ſuper rectã motus, ſequit̃ palã ꝙ non omne corpus grauitatẽ habeat aut leuitatẽ, hoc aũt faciet et ad hoc vt oſtendat̃ corpus cęleſte ⁊ ingenerabile/⁊ incorruptibile/⁊ inaugmẽtabile/⁊ imminorabile/ ⁊ inalterabile. ſiquidẽ enim haberẽt grauitatẽ aut leuitatem, eſſet vtiq̃ aliquis motus ꝯrius motui ſuo: ſi autem hoc eſſet vtiq̃ aliquid ꝯrium ſibi, qđ moueretur ſm naturam ꝯrio ſibi motu, ſi aũt hoc, ⁊ factũ fuiſſet vtiq̃ ex ꝯrio, ⁊ corrũperetur in cõtrariũ: ſi autẽ non habet/neq̃ grauitatem/neq̃ leuitatem/neq̃ ſuper rectam totaliter mouetur, ſm quã eſt cõtrarietas, ſed circulariter ſolum. oſtendetur autẽ circulari motui non eſſe motus contrarius. palam ꝙ non habebit aliquid cõtrariũ ſibi ipſi qđ circulo mouetur, quare neq̃ fit ex aliquo/neq̃ corrumpitur in aliquid contrariũ. neceſſarie igitur/neq̃ grauitatem habere/neq̃ leuitatẽ pręaccepit, tantũ valens quantum neq̃ ſurſum neq̃ deorſum moueri: qđ quidẽ equipollet huic non moueri motu/cõtrarietatẽ habẽti, quatenus oſtẽſo ꝙ circulari motui quo mouetur, nõ eſt cõtrarius motus, cõſequẽs habeat ꝙ neq̃ ſibi ſit aliquid contrariũ, ad qđ ſequitur ex neceſſitate/neq̃ gñari/neq̃ corrũpi, ad hoc aũt reliqua: oportet autẽ ſupponi qđ dicimus graue, ⁊ quid leue, qđ quidem nõ principaliter in pręſenti eſt ei ſermo de leui ⁊ graui, ſicut in 4° libro, vbi principaliter de hoc diſputat, ſed qđ nunc ipſo indiget, ad oſtendẽdũ circulo feribile corpus ingenerabile ⁊ incorruptibile, ex non habere/neq̃ grauitatẽ/neq̃ leuitatem, ipſe plane in lr̃a manifeſtauit. Pręmiſſa aũt concluſione oſtendẽdoꝝ modo quodã in dicendo/manifeſtũ ꝙ neq̃ leuitatem neq̃ grauitatẽ hȝ omne corpus, /concluſio enim eſt hęc, ꝙ circulo latum, impoſſibile eſt grauitatem habere/aut leuitatẽ, diffinit quid graue, ⁊ quid leue, ⁊ quid grauiſſimũ, ⁊ quid leuiſſimũ, quoniã enim eorum quę deorſum feruntur. hoc quidẽ vſq̃ ad centrũ ꝓcedit, qđ eſt idem dicere, vſq̃ ad infimũ, ſicut terra, hoc aũt vſq̃ ad terram, ⁊ eoꝝ quę ſurſum, hoc quidem vſq̃ ad ſupremũ, hoc vſq̃ ad lunarem ſphęrã. ſ. ignis. hoc autem vſq̃ ad ignem: merito hoc quidẽ eſt graue, hoc autẽ grauiſſimũ, ⁊ hoc quidẽ leue, hoc aũt leuiſſimum: ſi igitur graue qđ deorſum fert̃, ⁊ leue qđ ſurſum, ⁊ ſunt hę diffinitio grauis ⁊ leuis. palam ꝙ ⁊ cõuertitur neceſſario, vt qđ fertur ſurſum/aut deorſum, aut grauitatẽ habeat/aut leuitatẽ, quoniã aũt ipſius quidẽ ſurſum eſt, qđ non ꝑfecte ſurſum, ſed aliqđ etiã deorſum habens, ſicut locus q̃ ſub igne, ⁊ ipſius deorſum, non perfecte deorſum, quę ad hęc lata ꝓcedunt, ambo iſta hñt ⁊ grauitatẽ ⁊ leuitatẽ, non ad idem autẽ: non enim poſſibile eodẽ leuius ſimul ⁊ grauius eſſe, ſed ad aliqđ his cõuenit graue ⁊ leue, aer enim ad [illegible]cuis, ⁊ aqua ad terrã, nõ tñ ad aerẽ, ad hũc enim grauis, ꝑꝑ qđ hęc neq̃ ꝓprie leuia/neq̃ ꝓprie grauia, neq̃ ꝓprie ſimplicia: leue autem ⁊ proprie ſimplex, ignis, ⁊ graue ꝓprie ⁊ ſimplex terra: hic quidẽ oĩbus ſurſum latis ſupſidens: hęc aũt oĩb⁹ latis deorſum ſubſtãs. quare ſi nõ oĩno ſimplicia q̃ media, nõ ꝓprie vtiq̃ ipſis q̃ de ſimplicibus ſermo cõgruit: neq̃ bene ab his conãtur quidã dictas de ſimplicibus opiniones imutare.

Quod aũt circũfert̃ circulo corpus, impoſſibile habere grauitatẽ aut leuitatẽ: neq̃ enĩ ſm naturã, neq̃ pręter naturam conuenit ipſi moueri ad mediũ vel a medio. ſcđm quidẽ enim naturã non eſt ipſi quę in rectum latio, vna enim erat vniuſcuiuſq̃ ſimpliciũ latio, quare erit idẽ alicui ſic latoꝝ, ꝙ ſi pręter naturam ferat̃, ſiquidẽ quę deorſum, pręter naturã, quę ſurſum erit ſm naturã, ſi aũt quę ſurſum pręter naturã, quę deorſum ſm naturã. poſuimus enim contrarium cui altera pręter naturam, alteram eſſe ſm naturam.

Aſſignatis grauis ⁊ leuis diffinitionib⁹/ vtens magis aũt diffinitionũ cõuerſionibus, oſtẽdit ꝙ corpus circulariter motũ impoſſe hr̃e/aut leuitatẽ/aut grauitatẽ. ſi enĩ hȝ, aut ſm naturã hȝ, aut ꝑter nãm: neutrũ autem ipſoꝝ eſſe poſſibile, duobus ſuppoſitoꝝ vtens hoc. ſ. ꝙ vnus eſt motus vniuſcuiuſq̃ ſimpliciũ ſm nãm, ⁊ hoc ꝙ contrarioꝝ cui alter pręter naturã, alter eſt ſm naturã, oſtẽdit aũt ſic, vt Alexander ⁊ Themiſtius aiũt qđ circulo mouet̃, neq̃ ſurſum, neq̃ deorſum mouet̃ ſm naturam. qđ neq̃ ſurſum neq̃ deorſum fert̃ ſm nãm, neq̃ leue neq̃ graue eſt: non eſt autem negatiua minor, eſſet enim vtiq̃ inſyllogizatũ, qđ quęrebat ex duab⁹ negatiuis, ſȝ infinitũ hȝ ꝑdicatũ: ac ſi dicat aliq̃s, circulo motũ, eſt neq̃ ſurſum neq̃ deorſum motũ ſm nãm. forte aũt hoc ſaluato ꝙ infinitũ ſit ꝑdicatũ, ſic magis ſyllogizaret̃. Corpus qđ circulo fert̃, neq̃ ſm nãm, neq̃ pręter naturã a medio vel ad mediũ cõtingit moueri, qđ ęquipollet huic, corpus circulariter motũ tale eſt, vt neq̃ ſm nãm neq̃ pręter naturã a medio vel ad mediũ contingat moueri, qđ tale eſt neq̃ grauitatẽ neq̃ leuitatẽ habere eſt poſſibile, ⁊ concluſio palam. Sed ꝙ quidẽ qđ neq̃ ad mediũ neq̃ a medio mouet̃/neq̃ grauitatẽ neq̃ leuitatẽ habȝ, palã ex cõuerſione diffinitionũ, ſi enim graue eſt qđ natum eſt ferri ad mediũ: leue aũt qđ a medio. palam ꝙ id qđ neq̃ ad mediũ neq̃ a medio fert̃/neq̃ graue/neq̃ leue eſt. minorẽ aũt ꝓpoſitionẽ oſtẽdit virtute ſic. Quod circulo fert̃ ſimplex exiſtẽs ⁊ ſimplici motu motũ, vnũ habet ſm nãm. ſ. circularẽ motum, qđ tale nõ habet ſm naturã eam quę ſuper rectã lationẽ: magis aũt penes ſm hypoteticoꝝ ſyllogizauit ſic. ſi circulariter lato ſm naturam cõuenit quę ſuper rectã latio, erit idem cũ aliquo eorũ quę mouent̃ ſuper rectam, at ꝯo non eſt, vt oſtenſũ eſt ſępe, neq̃ ergo ſm naturã ineſt ei qđ circulariter fertur, quę ſuper rectam latio, ꝙ aũt coniunctũ ſit verũ, ſ. ſi ſm naturam ipſi erat, eſſe ipſum idẽ cũ aliquo ſic latorũ recordatus eſt ꝑ hoc, vnus enim erat vniuſcuiuſq̃ ſimpliciũ. ꝙ autẽ non pręter naturã, oſtẽdit (vt eſtimo) ſm eundẽ proceſſum ſic: ſi circulariter moto, qui ſuꝑ rectam quicũq̃ ꝑter naturam eſt, oppoſitus ipſi ſm naturã erit: ⁊ huius cõiuncti cãm iterũ appoſuit per hoc. poſuimus enim ꝯrioꝝ cui alter pręter naturã, alterum eſſe ſm naturam: ⁊ ipſe quidẽ vſq̃ ad hoc ſyllogiſmũ perduxit, reliqua pętermittens, tanq̃ ex pędictis manifeſta. Ad perfectionẽ aũt vnius alterius, fuit opportunitas cõiuncti talis. ſi oppoſitus quicũq̃/ſiue qui ſurſum, ſiue q̃ deorſum ſm naturã eſt, erit idem cũ aliquo ſic motorũ, hoc eſt cum aliquo eoꝝ quę ſub luna: at ꝯo impoſſibile hoc eſſe oſtenſum eſt: neq̃ ergo circulo ferribili qui ſuꝑ rectam quicũq̃ pręter naturam eſt: ſi igitur neq̃ ſm naturam, neq̃ pręter naturã. palam autẽ ꝙ neq̃ ſupra na-

Com. 19.

turam, cum ſit deterior, nullatenus neq; ſurſu; neq; deorſum fertur, quare neq; leue neq; graue erit, ſi vere qđ quidē ſurſum leue, qđ aũt deorſu; graue. Themiſtius ꝯo, non ita putat ſyllogiʒari, ſed ꝙ ſiquidē eo qui deorſum preter naturā moueatur, erit ipſi ſm nãm contrari⁹ huic. ſ. qui ſurſum, erat aũt ⁊ circularis ſm naturam circulo feribili, duo ergo vni ꝯtraria: ⁊ ſi eo qui ſurſum pręter naturam moueatur, rurſum qui deorſum erit ſm naturam, ⁊ idē inconueniens ſequetur. ſ. duo contraria eſſe vni, ⁊ habet etiam ſic rationem.

Com. 11m. ¶ Oſtenſo ꝙ cęlum diuinum corpus exiſtẽs, ęterno motu mouetur, ⁊ ꝓpter hoc circulari, quęrit ꝓpter qd nõ totũ cęli corpus tale eſt, hoc eſt circulariter mobile vno ⁊ ſimplici motu motũ: Cęlũ aũt nũc mundũ dicit, ⁊ reſpõdet ꝙ neceſſe manere aliqd corporis delati circulariter, ſcz quod eſt in medio. Naz qd circulariter ꝓprie mouet, habet aliquid nõ motuz ſemꝑ in medio, circa qd manẽs mouebitur. Nam ⁊ vniuerſalr̃ ſi debeat aliquid moueri ſm locum, neceſſe manere aliquod corpus quo moueb‑tur, aut circa quod, vt oſtenſum eſt in libro de motu aia‑liuz. Si eniz dicat aliqs, ꝙ circa centrũ ipſius mouebit̃, i‑poſſibile videbit̃ dicere. Nã centrũ corporeus terminus exiſtens nõ põt manere motis his quoꝝ terminus eſt. Nõ enim ſm ſe ſubſiſtit centrũ, non manẽte autẽ cẽtro, neq; vtiq; erit in eodem circũferre. Alexander autem ⁊ hanc dicens expõnez. ſ. totuz corpus cęli, qd circulariter mo‑bile intelligere, tãq̃ huius in medio maneat aliqd circa quod mouebitur, q̃uis quod manet, ⁊ in aliorum aialiũ motu ſit aliqua ipſi⁹ qd mouetur pars. Et etiã ipſe Ari‑ſtoteles nunc dixit ꝙ neceſſe corporis quod mouet̃ ali‑quid manere ad medium, terra autem mũdi pars aliqua eſt, non autem cęli. Et hoc etiã ipſe notãs dixit, hui⁹ autẽ nullam poſſibile eſt manere partez, huius dico circulari‑ter mobilis, ſed non mũdi de quo prius dicebatur, ⁊ pro‑bat per plura ꝙ non eſt cęli pars terra, q̃uis eius quod mouetur circulariter partem eſſe velit, quod manet in medio. Et Nicolaus autez Peripateticus paraphraſez. i. paucis verbis mutatis expoſitionem faciens eorum quę hic dicũtur in dictis de pħia Ariſto. ſic poſuit ſnīam [ꝓ‑pter qd igit̃ nõ totus mũdus talis: qa neceſſe eſt manere aliqd circa mediũ eius qd circulariter fert̃.] Q ſm autem eo. ꝓus circulo mobile, neq; manere poterat, neq; i me‑dio eſſe. Et ipſe Alexander bene Ariſtotelem aſſequar oſtendentẽ quod manet in medio, partem aliquam non eſſe circulariter mobilis. Nihil enim huius manere poſſi‑bile eſt, neq; alibi, omnino enim ipſi motus ęternus in‑eſt, neq; adhuc magis in medio. Si enim maneret in me‑dio ſm naturam etiam ferretur in hoc ſm naturaz, ⁊ eſ‑ſet ipſi motus ſm naturam hinc. Vnus autẽ motus ſm naturam vniuſcuiuſq; ſimplicium eſt. Huic autez circu‑laris motus ſm naturam ineſt ſiquidez ęternus, nõ ergo ad medium, neq; ergo in medio manſio, neq; toti, neq; parti ipſius ſm naturam. Nam quod circulariter mobi‑le eſt ęternum habet motum, qd autem pręter naturã eſt non ęternum. Nam quod eſt pręter naturã poſterius eſt eo ꝙ eſt ſm naturam, ⁊ egreſſus eius, quod ſm naturam in generatione. Quod autem egreditur extra aliquid, ⁊ ſecus adſtat, poſterius eſt eo a quo exit, ⁊ totaliter ſi in ge‑neratione quod pręter naturam, vbi neq; quod ſm na‑turam ęternum eſt, quomodo vtiq; erit quod pręter na‑turã ęternũ: Quãuis eniz ſit ſemper qd ꝑter naturam in gñatione, ſicut etiam ſm naturam, tamẽ aliud aliud ⁊ nõ idem ſemper, ſicut cęlum ſm naturam idẽ numero ſem‑per, neceſſe igitur eſt in medio exiſtẽs nihil ęterni corpo‑ris ęternum eſſe, ſed corruptibile ⁊ graue, ⁊ manſiuum, ⁊ propter hoc etiam frigidum ⁊ ſiccum. Nam corruptibi‑lia his qualitatibus paſſiuis ſpecificantur. Graue autem ⁊ frigidum ⁊ ſiccum terra eſt, quare terra in medio eſt, ⁊ iam quidem oſtendit, grauis medium locum proprioz eſſe, terra autem tale, oſtendet autem ⁊ in fine huius libri idem. Sed ſi terra, neceſſe /ait/ ⁊ ignem eſſe, contrarioruz enim ſi alterum natura, neceſſe ⁊ alterum eſſe natura, cõ‑trariorum enim eadem materia ad ambo ſimiliter nata. Si igitur ſm actiuas contrarias qualitates ſpecificantur ignis ⁊ terra, hic quidem ſm caliditatem, hęc autem ſm frigiditatem, ⁊ adhuc magis ſm locales motus, ſi ignis quidem ad id quod circũ, terra autem ad medium mo‑uetur. Naturalibus autem corporibus ſubſtantiale ma‑xime moueri ſm naturam, quorum naturalium corpo‑rum motus contrarij, horum naturę contrarię, quare ⁊ ſi aqua ſm ambas qualitates opponitur igni frigida exi‑ſtens ⁊ humida, ⁊ terra ſm frigidum ſolum nihil mirum ſi amplior facta eſt ad ignem contrariatio. Nam groſſi‑ties partium terrę grauiorez ipſaz faciens, remotius ſm locum pepulit. Quãuis enim ſiccum vtrunq; dicatur ⁊ ignis ⁊ terra, tamẽ alia penitus vtriuſq; ſiccitatis ſpe‑cies eſt. Alterum enim leue, ⁊ facile mobile eſt ⁊ ſubtile, alterum autem graue, ⁊ groſſarum partiũ, ⁊ difficile mo‑bile. Oſtenſo autem ex oppoſitione ſm contrarietatem, ꝙ ſi eſt terra, neceſſe ⁊ ignem eſſe, idem oſtendit ex op‑poſitione, quę ſm priuationem ⁊ habitum eſt. Si enim eſt priuatio, neceſſe pręexiſtere habitum, quem ipſe af‑firmationem vocauit. Priuationem autem nunc dicit quod deterius in natura contrariorum, vt frigidum ca‑lidi priuatio, calidum autem frigidi habitus, aut affirma‑tio, ſic autem ⁊ quies ⁊ graue quibus terra ſpecificat̃ ſm priuationem motus ⁊ leuitatis dicuntur, quibus ſpecifi‑cat̃ ignis. Si igitur terra priuatio exiſtens, neceſſe ⁊ ignẽ eſſe habentem rationem habitus. Et palam ꝙ ⁊ prius ne‑ceſſe eſt eſſe ignem, ſiquidẽ habitus prior priuatione eſt ⁊ affirmatio negatione. Ipſe autem plane inſinuauit ſm quam maxime contrariationem ⁊ priuationem terrę ad ignem accepit, quia ſm frigidum ⁊ graue ⁊ ſm quietem. Nam ignis ſemper mouetur, ⁊ deorſum exiſtens ad ſur‑ſum mouetur naturaliter, ⁊ ſurſum factus, cum diuino corpore ſimul circunfertur, ⁊ vniuerſaliter elementorũ quę magis actiua ſunt ſpeciei ⁊ habitus rationem habe‑re /ait/ quę autez magis paſſiua, priuationis ⁊ materię. Si autem ſunt extrema terra ⁊ ignis, neceſſe etiam media eſſe. ſ. aquam ⁊ aerem, quia vtrũq; horum habet ambas ſui ipſius qualitates contrarias ad vtrũq; illorum. Ter‑ra quidez ⁊ frigida ⁊ ſicca exiſtens contrarię ſe habet ad aerem calidum exiſtentem ⁊ humidum, ⁊ aqua cum ſit frigida ⁊ humida contrarię ſe habet ad ignem qui cali‑dus eſt ⁊ ſiccus, contrariis etiam motibus ſunt hęc ad il‑la. Dictum eſt autem ꝙ contrariorum ſi ſit alterum, ⁊ al‑terum erit, quia eadem materia contrariorum. Poteſt au‑tem /ait/ Alexander, bene (vt eſtimo) dicens, non inter‑media nunc ſola extremis contraria dicere, ſed de om‑nibus dictum eſſe. Quodcũq; enim acceperis, inuenies ipſum contrarietatem habere ad reliqua tria. Si autem omnia contrarię ſe habent natura ad inuicez omnia eſt neceſſe eſſe. Et in veritate ſi duo ad duo comparauit, nõ erat (vt eſtimo) Ariſtotelis interpretatiuę diligẽtię nõ vtrunq; ad vtrunq; dicere, ſed vnumquodq; ad vnum‑quodq;. Cum oſtendiſſet autem ⁊ nunc terrę quidez ne‑ceſſariam ſubſiſtentiam, ex eo ꝙ oportet eſſe aliquod medium immobile circulariter mobilis, ⁊ alioꝝ elemẽ‑torum ſubſiſtentiã ex cõtrarietate, ſupponit̃ aũt h nũc ait / poſteri⁹ aũt demonſtrãdũ ẽ, quoniam ⁊ in 4° libro, ⁊

Margin notes: Si hoc verũ quo poli im‑mobiles ſũt. — Quaſi ſimile Plato in Timeo.

Principio ſcdi de generatione. in eo qui de gñatiõe ⁊ corruptiõe ſcribit̃ multũ de hoc faciet ſermonem, ꝙ ſ. neceſſe hęc eſſe elementa, ⁊ ꝙ non ſunt alia pręter hęc. Plato autem in Timęo hęc intermedia elementa ſic oſtendit. Quoniã genitus mundus, ſenſibilis, viſibilis, igitur ⁊ tangibilis. Et viſibilis qdem ꝓpter ignem, tãgibilis autẽ ꝓpter terrã. his aũt duob' ſoli, dis contrarijs exiſtẽtibus, ſi mundus debeat ſolidus eẽ, ⁊ nõ planus, duo intermedia proportionalia oportet eẽ ſolidam analogiam complentia.

¶ His autem exiſtẽtibus, manifeſtum quoniã neceſſe generationem eſſe, eo ꝙ nullũ ipſorum poſſibile eſt eſſe ſempiternum. Patiũtur enim ⁊ agunt contraria abinuicem, ⁊ corruptiua inuicem ſunt. Adhuc autem non rationabile eſſe aliquod mobile ſempiternum, cuius non contingit eſſe ſm naturam motum ſempiternum. horum autem eſt motus. Quod quidem igitur neceſſarium eſſe generatiões, ex his manifeſtum. Si autem generationes neceſſarium ⁊ aliam eſſe lationem, aut vnam, aut plures, ſm enim eam quę totius, ſimiliter neceſſarium habere ⁊ elementa corporũ adinuicem. Dicetur autem ⁊ de hoc in ſequẽtibus planius. Nunc autem tantũ eſt manifeſtum, ꝓpter quam cauſam, plura ſunt circularia corpora quia neceſſe generationem eſſe. Generationem autem, ſiquidem ⁊ ignẽ, hũc autem, ⁊ alia, ſiquidem ⁊ terram, hanc autem quia neceſſe manere aliquid ſemper, ſiquidẽ moueri aliquid ſemper.

Cõ. 12[m]. ¶ Oſtenſo ꝙ neceſſe quatuor eſſe corpora quę cõtrarietatem habeant adinuicem, manifeſtum eſſe / ait / ꝙ neceſſe eſt, his exiſtentibus generationem eſſe ⁊ corruptionẽ. Si enim contraria ſunt quatuor hęc, contraria autem non ſunt ęterna, quia generantur ex inuicem, ⁊ corrumpũtur in inuicem, neceſſe eſt generationem eſſe ⁊ corruptionem. Ꝙ aũt generabilia ⁊ corruptibilia ſint hęc, ⁊ ex motibus ipſorum oſtendit. quorum enim ſm naturam motus non ſunt ęterni, hęc neqꝫ ipſa vtiqꝫ erũt ęterna, tãꝙ vno quodqꝫ naturalium corporum habeat eẽ in motu ꝓpo, ꝓpter quod ⁊ diuini corporis vitam dixit ęternum motum. Quatuor autem corpora cum ſint mobilia, ⁊ ſup rectam mota non habent motus ęternos. Oſtẽſum eſt enĩ in 8° de naturali auditu, ꝙ nullus motus qui ſuper rectã lineam fit, poteſt eſſe ęternus. Ꝙ autẽ motus ęternus ſit vita ęterna non ſimpliciter omnium, ſed corpus habẽtiũ ⁊ mobilium, ſignificauit in his dicendo. [Horum autẽ eſt motus,] tãquã ſi non eſſent mobilia, non eſſet neceſſarium ipſa corruptibilia ſemper eſſe, ⁊ ſi nõ haberẽt motum ęternum. Nam immobilia & incorruptibilia ſunt, ⁊ vitam ęternam habent, eorum autem quę mouentur, quę vitam ęternam habent, motum ęternum habẽt ſemper. Deficit autem huic, [horum autem eſt motus] hoc [⁊ non ęternus hic.] Sic Alexander locum hunc expoſuit, vitam quidem ęternam motum ęternum eſſe, ⁊ dici ab Ariſtotele non in omnib' ſimpliciter, ſed in his quę mouentur recte (vt eſtimo) notans, mobili autem pręter neceſſarium adijciens ſm neceſſitatem. Etenim videtur pro eo quod mouetur idem intelligere tãꝙ ⁊ in his quę

Deficit nõnihil hic i codice impſſo / ſꝫ in antiq̃ exẽplari eſt.

ęternaliter mouentur ipſum ſuſcipiat, Ariſtotele dicente conſentaneum eſſe, aliquid mobile ęternum eſſe. Forte autem mobile quod potentia aliquando habet motum dicit, tale autem quandoqꝫ quieſcit, tale etiam ſuper rectam mouetur. Nam ⁊ Ariſtoteles exponens qualiter dixit [mobile] adiecit [cuius non contingit ſm naturam motum eſſe ęternum.] Si enĩ eſſet ęternus, non eſſet mobile ſed motum, forte autem ⁊ hoc [horum autẽ eſt motus] non truncatim dictum eſt, ſed pro hoc, hęc autem quandoqꝫ ⁊ non ſemper mouentur. ideſt mobilia ſunt ⁊ non habentia ęternum ſm naturam motum. Et propter hoc ipſorum eſſe non eſt immutabile, ſed generabilia ⁊ corruptibilia ſũt. Oſtẽſo igitur ſic, ꝙ ęterno circulari motu exiſtente neceſſe generationem eſſe, ⁊ corruptiones, inducit, ꝙ ſi hoc, neceſſe etiam alium motũ eſſe aut vnũ aut plures. Nam ſm diuinorum corporum motum, ⁊ q̃ſcũqꝫ ad ea quę in generatione habitudinem, horum in inuicem tranſmutatio fit. Et ſiquidem eſſet vnus motus ſimilia eſſent conſiſtẽtijs ⁊ compaginibus, quę ſunt hic, vna enim vtiqꝫ eſſet ⁊ ſimplex his quę ſunt hic ſemper indita paſſio. Vt enim occultas cęleſtium in ea quę hic prętermittam actiones ſolis ⁊ lunę actiones, quę ſic euidenter vertunt ea quę ſub luna ſunt ſemper vtiqꝫ eodem modo eſſent. Vno enim exiſtente eo qui ſine errore motu, ⁊ ſole ⁊ luna in ea quę ſine errore fixis, ⁊ cum illa motis, neqꝫ hiemis ęſtatiſqꝫ, ⁊ intermediarum verſionum vtiqꝫ eſſet differentia. Neqꝫ quotidianę variationis, ſole per eandem viam, cum inerrabili ſphęra pertranſeunte. Si enim in cancro, vt contingit, fixus ſemper eſſet eſtiualis vtiqꝫ conſiſtentia apud nos. Si autem in capricorno, ſemper hiemalis; ⁊ non vtiqꝫ eſſet generatio ⁊ corruptio, ſed neqꝫ diuerſe lunę illuminationes eſſent. Si autem aliquis ſolem ipſum ſm ſe in eo qui per medium animalium, motum ſupponat, ⁊ lunam in obliquo ad zodiacum circulum, quia ab ariete ad taurum, ⁊ a tauro ad geminos videtẽ ꝓcedere. Primo qdẽ plurib' opus erat motibus, vt dixit Ariſtoteles. Deinde etiam ⁊ econtrario factis. Et de hoc etiam in ſequentibus dicere ſpondet planius. Nunc autem tantũ eſt manifeſtum, / ait / propter quam cauſam plura ſunt circularia corpora, quod intendebamus inquirere. Et breuiter a deorſum, ⁊ a conſequentibus aſcendens ad antecedentia componit reſolutiue demonſtrationis fundamenta, plura enim ſunt circularia ⁊ econtrario mota, quia neceſſe eſt generationem eſſe, generationem autem, ſi neceſſe eſt ignem eſſe contrarietatem ad aquam ⁊ aerem habentem. Et per illa ſimul infert, ignem autem ⁊ alia neceſſarium eſſe, ſiquidem ⁊ terram. Hanc autem neceſſe eſt eſſe, quia neceſſe eſt manere aliquid ſemper, ⁊ hoc, ſi moueri aliqd oportet ſemper. Ipſe quidem igitur breuiter ſummatim accepit vltimum. Conſequens autem videtur eſſe, ꝙ neceſſe aliquid manere in medio, ſi neceſſe aliquid circulariter moueri. Hoc autem neceſſe eſt ſi ſemper aliquid moueri neceſſe eſt. Solus enim ęternus ẽ motus tanꝙ ſolus continuus ipſa circulatio. Ipſe autem / ait / [neceſſe manere aliquid ſemper, ſi ⁊ moueri aliquid oportet ſemper,] vniuerſaliorem faciens ſermonem. vt enim oſtendit in libris de inceſſu animalium, omnis motus circa aliquid manens fit, ⁊ non ſola circulatio. Huius autem ꝙ ſit aliquid quod ſemper mouetur, neceſſitatem in libro de naturali quidem auditu accepit ex eo, ꝙ oportet ſemper motum eſſe, ſiquidem neqꝫ temporis, neqꝫ motus principium eſt accipere. Si aũt ſemp opꝫ motũ eẽ, etiã qđ mouetur oportet ſemper eſſe. Nam motus eſt in eo quod mouetur, vt in 3° de naturali auditu habitum eſt. Et

Zodiacus dicit circulũ in quo ſemper fertur ſol.

erat

erat iſte modus demonſtrationis ęterni corporis a moto acceptus, ꝯueniens ⁊ congruus de motu ſermonibus. Nunc autē de cęleſti ⁊ diuino corpore diſputās, ab hoc demonſtrationem fecit dicens, ꝙ neceſſe diuinū corpus ęternaliter moueri, ſi ęterna vita viuit. Hoc autē neceſſe eſt ſi imortale ipſum neceſſe eſt eſſe, hoc autem neceſſe ſi neceſſe diuino corpori ieſſe diuinū corpus propter eam quę ſm actum imortalitatem. Quare ⁊ ſi compone re iterū vis rōnem dicas. Cęlū eſt diuinum corpus, diuinum corpus ſm actum imortale vitam ęternam habē, corpus quod vitam ęternam habet, motū ęternū hꝫ, qđ ęternaliter mouetur circulariter ferri neceſſe eſt, exiſtentis autē circulariter moti, neceſſe mediū aliquid eē, corpus quidē ſm naturā in medio, cuius partes ad mediū ferūtur ſm nām graues exiſtētes ⁊ frigidę, tale autē terra eſt, terra autē exiſtente, neceſſe etiā ignē eſſe, ⁊ intermedia contrarię diſpoſita inuicē, his autē exiſtentibus, neceſſe etiā gnōnem eſſe ⁊ corruptionē, generatione aūt ⁊ corruptione exiſtente, neceſſe plures eſſe cęleſtes motus, ⁊ cōtrio factos, hanc autē neceſſitatē velut a ſigno cōcludimus. Cauſę enim ſunt motus cęli gnationis ⁊ corruptionis. Hę autem illarum ſunt ſigna, ⁊ cōcluſiones ſm rationem alię qdem vt ex cauſis cōcluſę ſunt, alię autem vt ex ſignis, dicet Ariſt. naꝙ inqt Alex. ꝑ ea quę in hoc libro prius cōſiderata ſunt, ꝙ diuinoꝝ ſimplicē motū, ⁊ elementoꝝ in inuicem trāſmutatio, ⁊ aīaliū generatio ſequit. Quęſiuit autē / ait / Alexā. ſi exiſtētibus quatuor elementis ſm hypotheſim intermercetur alternatus variuſꝙ diuini corporis motus, vtrum hęc tranſmutātur adinuicem, an non. Nam ſiquidem nō tranſmutant, ęterna erunt, quod quidem impoſſibile eſt. Et etiā ſi ęterna terra eſt, nihil opus erat varij illorum motus, ſiquidem fiat eo ꝙ terra ſemper eſt. Si autem tranſmutantur ad inuicem, corruptiua enim ſunt ſuapte natura, ⁊ tranſmutatio eſt eorum quę corrumpūtur in contraria, hę autem ſunt contraria, quid iterum opus erat varij motus diuini corporis ad horum generationem ⁊ corruptionem? Hęc igitur cum dubitaſſet ſuis verbis ſoluit dicens, ꝙ neꝙ corrumpendi ipſa, neꝙ adinuicem tranſmutandi, motus illorum eſt cauſa, ſed ordinis in generatiōe ⁊ corruptione eorum. Nam ex eodem omnia ſemper ſm ſpeciem ſaluantur, quāꝙ in propria natura ipſorum nihil ꝓhiberet vtiꝙ in vnum omnia quandoꝙ tranſmutari, vt dicunt, qui exuſtionem fore dicunt, ⁊ iterum ex vno in aliud viciſſim conuerti. Non enim coexiſtere neceſſe eſt contraria, ſicut quę ad aliquid ſunt. Neꝙ hoc oſtenſum eſt, ſed natura conſtat. Poſſunt autem ⁊ natura ſempiterna, ⁊ viciſſim eſſe, ſed hoc facto contingeret vtiꝙ quandoꝙ non eſſe terram, in ignem vtiꝙ ſic forte omnibus tranſmutatis, non exiſtente autem terra, neꝙ vtiꝙ orbicularis latio eſſet. Ordinate igitur ſemper eadē permanendi, ⁊ ſm menſuras tranſmutandi inuicem cauſa eſt varius motus diuini corporis. Aſſequitur igitur ordinatę eorum, quę hic ſunt tranſmutation ēcomplexionis animalium exiſtentia. Hęc ſoluendo quęſtiones ſuis verbis cum dixerit Alexander, ego circa tales quęſtiones non opportunam habeo veritatem, alba quędā eſt trutina ſm prouerbium. Nam tollere de medio principales cauſas ⁊ quęrere de effectibus an ſint ludentium magis, quā ſtudentium mihi videtur opus eſſe, ac ſi quis afferret rationem forſan de fluuio, qui ex fonte ꝓfluit, percunctetur obſeruans ipſū, vtrum fluat fluuius ablato fonte, aut non. Et ſi quidem non flueret, inconueniēs eſſe dicens fluuium non fluere, ſi autē fluit inducens ꝙ nullo opus habet fonte fluuius vt ſit. Et quidem promptum magis eſt dicere ꝙ eſt a principio ſuppoſitio incōueniēs ē. ſ. manente fluuio fontem auferri. Iſto autē inconuenientius eſt manere quatuor elementa cęli motu ablato, a quo fiunt. Eſt quidē igitur propter hoc ⁊ quęſtio ſm meam opinionem inepta, ⁊ ſolutio etiam a quęſtione diſſonare mihi videtur. i. non eſſe tranſmutationis elementorū cauſas cęleſtes circulationes. Quis enī ignorat ꝙ appropinquans quidem nobis ſm verticem ſol, calefacit quę circa nos ſunt, ⁊ euaporare facit, ⁊ aeris ⁊ ignis generationem ex aqua facit, abſcedens autē, ſubtilia concernit ac congregat rurſus, ⁊ aquę generationē efficit? Sed eſto quidem, ꝙ tranſmutandi ordinate ⁊ menſuris determinatis illa ſint cauſę, nonne trāſmutandi totaliter ⁊ generandi ex tranſmutatione cęleſtem motum pro cauſa ponere. Hoc autē ⁊ ipſe Alexander notauit, ſecūdam ſolutionem quęſtionis adducens talem. Si enī omne quod generatur / ait / non ſolum ex aliquo generatur ſed etiam a b aliquo, non enim ex materia ſolum, ſed etiam ab efficiente cauſa, non ergo per ſe ſufficiunt elementa ſola ad tranſmutationem in inuicem, ⁊ generationem ex inuicem. Opus eſt enim tranſmutante ipſa: nam ipſa materię rationem habent adinuicem, ⁊ hoc ſcientem oportebat aduerſus quęſtionis ſuppoſitionē mox occurrere, quia ſupponebat eſſe quatuor elementa, quę tranſmutarentur adinuicem, aut ęterna eſſent cęleſti motu ſublato. Item quomodo ⁊ hoc dicit, ꝙ non neceſſariū eſt contraria coexiſtere, ſed poſſunt ⁊ viciſſim eſſe, vt cōtingat quandoꝙ non eſſe terram igne exiſtente forſitan omnibus tranſmutatis, ⁊ iterum ex hoc in aliud. Nā primo quidem ſi contingat, ⁊ fieret in infinito tempore cōtingens ſemper exiſtens eorūdem. Deinde ſi quod trāſmutatur non ſolum ex contrario tranſmutatur, ſed etiā a contrario, ad quod etiam fit tranſmutatio, nullo autem exiſtente pręter ignem, quid erit quod tranſmutabit ipſum, vt aliud aliquid ex illo fiat, ſed hęc cum accuratius me cognouerit Alexander, ſequentis mihi reſumendum eſt.

ℭ Figuram autē ſphęricā neceſſe habere cęlum. Hęc enim ꝯuenientiſſima, ⁊ ſuba ⁊ natura prima. Dicamus autē vniuerſalr de figuris, q̄ eſt prima ⁊ in planis ⁊ in ſolidis. Omnis itaꝙ figura plana, aut rectilinea ē, aut circularis. Et rectilinea qdem, a pluribus ꝯtinet lineis, circularis autē ab vna. Qm̄ autē prius natura in vnoquoꝙ genere, vnum multis, ⁊ ſimplex cōpoſito, prima vtiꝙ erit planarū figurarū, circularis, ſeu circulus. Adhuc autē ſi qdem ꝑfectum eſt, cuius nihil eſt extra accipere, eoꝝ quę ipſius poſſibile, quēadmodū determinatū eſt prius. Et recte qdem appoſitio eſt ſemꝑ, circulari autē nequaꝗ̄, manifeſtū qa perfecta vtiꝙ erit ꝯtinens circulum. Itaꝙ ſi perfectū prius imperfecto, ⁊ ꝓpter hoc vtiꝙ prior erit figura circulus. Similr autē ⁊ ſphęra ſolidorū, illa enim ſola cōtinet vna ſuperficię, rectilinee autem plurib⁹, ſicut enim ſe hꝫ circulus in planis, ſic ſphęra in ſolidis. Adhuc autem diuidentes ad plana, ⁊ ex planis corpora generantes, teſtificari viden-

tur bis. Solam eniꝫ ſolidorūꝫ non diuidunt ſphęram, tā͞q non habētes plures ſupficies, q̄ꝫ vnam. Diuiſio eniꝫ ad plana, non ac ſi ſecans qs in partes diuidat totum hoc diuidat mō, ſed vt in altera ſpecie. Qꝫ quideꝫ igiꝰ prima eſt ſphęra ſolidarum figurarū, palā. Eſt autem ꝫ ſm numeruꝫ, ordine quem aſſignāt ſic poſitis, rōnabiliſſimum, circulū qdem ſm vnum trigonuꝫ autē ſm dualitatem, quoniā duo recti. Si autē ſm trigonū vnū, circulus nō adhuc erit figura. Quoniaꝫ autem prima qdem figura, primi corporis, primū autē corpus, qd in extrema circūferentia, ſphęricum vtiq; erit qd fertur circulatione. Et ꝯtinuum igiꝰ illi, ſphęrico eniꝫ, cōtinuuꝫ ſphęricuꝫ. ſimilr autē, ꝫ quę ad mediuꝫ horuꝫ quę enim a ſphęrico contenta ꝫ tacta, tota ſphęrica neceſſe eſt eſſe, quę autē deorſum planetarum, tāgunt eaꝫ quę ſupra. Quare ſphęrica vtiq; erit omnis latio. omnia enim tangunt ꝫ continua ſunt ſphęrę vel ſphęris.

Com. 13m. ¶ Poſt ſermonē de ſubſt cęleſtis corporis quā in pmo liº determinauit, cū oſtendiſſet in pſentia q ſm nām eſt cęlo circularis motus, ꝫ nō violētia, ꝫ cōſequēter de localibus habitudibus cū inquiſiuiſſet, quarū primā eam quę dextri ꝫ ſiniſtri eſt a pncipio motus iueniēs, ab hac ꝫ reliquas ſyllo ꝯcluſit, deinde ꝯtrariorū motuū cāꝫ inueniens, poſt cōſiderationeꝫ de motu euidētiore exiſtēte, cęteruꝫ de figura cęleſti ingrā plane diligēter ꝫ ordinate per plura argumēta q ſphęrica ſit oſtēdens. Et pmum argumētorum procedit ſup dignitatem quę dicit. pma per naturam figurarūꝫ primi ſm nām corporis eſt. ꝫ q pmuꝫ naturæ corpoꝝ eſt ipm cęleſte. Hęc igitur euidētia accipiēs concludit rōnem ſic, ſphęrica figura, pma figurarūꝫ eſt, prima figurarū primi corporis eſt, hoc eſt cęleſtis. Qꝫ autem pma figurarūꝫ ſit ſphęrica, oſtendit vniuerſalr de figuris determinās quę ſit pma, ꝫ in planis ꝫ i ſolidis. Diuidēs igiꝰ planas figuras in rectilineas figuras, ꝫ i circulares, oſtēdit qd proprie circularis lineę eſt circulus, ꝫ q ſimplicior eſt, ꝫ pfectior rectilineis figuris. Et q qdem ſimplicior eſt oſtendit ex diffinitionibus. Si enim circulus eſt figura plana ab vna linea cōtēta, rectilinearū autē ſimpliciſſima eſt triangulus qui a tribus rectis lineis cōtinetur, in vnoquoq; autē genere vnum multis ſimpliciꝰ eſt, ſed ſimplex ſemper prius compoſito cōſiſtit prima vtiq; erit planarūꝫ circulus. At ꝯo ꝫ perfecta planarū figurarūꝫ circulus eſt, ſi perfectū eſt, cuius nihil eſt extra accipere ſui partiū, cui autē non pōt conuenienter apponi, vt determinatum eſt prius, hoc eſt perfectuꝫ. Et rectę quidem poſſibile ſemp apponi, lineę autē circulum contācti nō poſſibile. Cōtinentur autē rectilineę qdem a lineis nullatenus pfectis, circulus autē a ſemp perfecta periferia cōtinetur palaꝫ q perfecta planarūꝫ figurarū circulus eſt. Perfectū autē vbiq;, imperfecto prius eſt natura, ſiqdem impfecta a perfectis aſſumāt perfectioneꝫ. Et ſm hoc ergo circulus rectilineis figuris prior, nō ſolum autē ſm ſubſtam, ſed etiā tēpore prius eſt pfectum imperfecto. Quādo qdem eniꝫ in eodē accipiūtur ambo, vt in his quę in gńatione verſanꝰ impfectum perfecto prius eſt tempore. Prius eniꝫ eſt ſperma q̄ embrio, ꝫ hic prius q̄ infans tēpore, ſed pcedit tempore ante ſperma ꝫ generās ſperma, ꝫ in ſingulis q̄ generantur id qd genuit, ꝫ generās ipſius cauſa perfecta impfecti. Sicut autem in planis eſt ſimplex circulus ꝫ pfectus, ſic in ſolidis ſphęra, ꝫ propter eaſdē cauſas. Nā ꝫ ſphęra in ſolidis ab vna periphęria cōtinetur, rectilineis ſolidis figuris a pluribus ambientibus cōtentis, ꝫ ꝯtinens ſphęrā ſuperficies ſola perfecta eſt tā͞q non ſuſceptiua appoſitionis ꝯuenientis. Sicut ergo circulus in planis, ſic ſphęra in ſolidis, ſphęra ꝰ prima ſolidarū figurarūꝫ ſm ſubſtam, ꝫ merito pmo ſm ſubſtātiam corpori adaptatur. Qꝫ autē ſola ſimplex ſolidoꝝ figurarum ſit ſphęra, ꝫ q hanc habebāt de ipſa intentionē naturales inſinuāt, qui ex planis corpora generāt, ꝫ in plana diuidūt ipſa. Iſti eniꝫ ꝫ elemēta ꝫ pncipia corpoꝝ plana dicentes, ſolam tñ ſolidarum nō diuidūt ſphęraꝫ, tā͞q non hñtem plures ſupficies, q̄ꝫ vnam. Quid igiꝰ dicet vtiq; quis, nō eſt corpus etiā ſphęra, ꝫ partes hꝫ, ꝫ poteſt diuidi in partes? Hāc inſtātiaꝫ ſoluens Ariſt. aliam ais eſſe diuiſionē in plana, vt in ſimpliciora, ꝫ magis elemētaria, ꝫ fieri alia ſpecie, non eniꝫ in corpora fit, ſed in corporea. Qd autem in partes diuidiꝰ corpus, in corpora diuiditur eādem ſubſtam habētia cū toto, vt ſphęra in hemiſphęria. Et talis qdem in partes diuiſio, ꝫ ſimplicibus ineſt. quę autē in plana, ſolis cōpoſitis cōpetit propter non diuidi ſphęraꝫ in plana ab illis, qd qdem argumētum eſt exiſtimādi ipſaꝫ eſſe ſimpliceꝫ. Et aliter autē oſtēdit, q prima figurarū, in planis qdem circulus, in ſolidis autē ſphęra a numeroꝝ ordine iterū. Si eniꝫ vnum prius eſt duobus, ꝫ eſt circulus qdem ſm vnum ab vna linea cōtentus, trigonuꝫ autē, qd qdem rectilinearum figurarū ſimpliciſſimuꝫ duo ſm q interiores angulos habet ęquales duobus rectis, erit vtiq; circulus pma. Si autem trigono aliquis vnuꝫ aſſignabit circulus ſimplicior exiſtēs trigono, non adhuc vtiq; erit figura. vno eniꝫ nihil eſt ſimplicius. Si igiꝰ vt in planis figuris circulus ſe habet ad rectilineas, ita in ſolidis ſphęra: palā q ſphęra vtiq; erit prima. Propoſitioneꝫ autē hanc tā͞q planaꝫ prętermittens cōcluſionē totius demōſtrationis adiecit copulatiue poſt demōſtrationeꝫ. Naꝫ quū prima figura, ꝗ eſt ſphęrica (vt oſtēſum eſt) primi corporis eſt. neceſſe. n. eſſe pmā primi eſt. Primū autē corpus eſt ſphęra inerrabilis, quā qdeꝫ dixit in extrema circulatione eē. Sphęrica ergo figura non ſphęrę inerrabilis ꝫ cęleſtis corporis eſt, qd circūfertur circulari latione. Si autē prius qdem a circulari motu, pmum oſtēdit natura cęleſte corpus, naꝫ ęternū eſſe, ex hoc oſtēdit, nūc aūt ab eſſe pmū nā oſtendit q ſphęricū, non putet aliq circulareꝫ eē oſtenſionē. Nō eniꝫ idē eſt circulariter moueri, ꝫ ſphęricū eſſe, poſſibile eniꝫ aliqd exiſtens ſphęra nō circulariter moueri, ꝫ circulariter motū non eē ſphęram. Oſtēſo autē q nō errantis ſphęrę corpus ſphęricuꝫ ens, tā͞q primo corpori, prima figura. ſ. ſphęrica cōueniente, oſtēdit ꝯſequenter ꝫ corpora quę ab ipſo cōtinenꝰ, ꝫ tangētia vndiq; ipſiꝰ cōmunem ſupficieꝫ, ſphęrica ꝫ ipſa eſſe. aut eniꝫ vacuū neceſſe eē intermediū, qd qdem impoſſe oſtenſum eſt, aut ſi ois plena, neceſſe q vndiq; tāgant ꝯcauaꝫ ſupficiē ſphęricę figurę, ꝫ ipſa ſphęrica eſſe ſm autē illationem hāc, ꝫ poſt diuinū corpus ea, quę in gńōne ꝫ corruptiōe ſunt, q̄ quidē ſimul omnia tā͞q vnuꝫ aliqd medium vocauit ſphęrica, ꝫ hęc neceſſe eſt eē. Nā a ſphęrico cōtenta, ꝫ tāgētia ipm vndiq;, vt neq; vacuuꝫ relinquaꝰ, ſphęrica ꝫ ipſa neceſſe eſt eſſe. Quę autē ſunt ſub luna, tāgunt lunarē ſphęram, ꝫ q qdem ois ſimul eius qd in gńōne corporis, tā͞q vnius figura ſit ſphęrica, oſtēdit nūc. Qꝫ autē ꝫ vniuerſu-

ſuſq;

*Plato idem in Timeo nominat lectos q 2ºliº qui dā i lectione tem ꝫ nō i pmo, nā cū in pnumerel primus non aduſum Scientie ſunghen quodā nunc re excellens Diui Auguſtini.

tinij de q̄tuor ꝓpriis figura ſphęrica eſt, paulopoſt oſtē dit. Nō eniȝ neceſſe eſt, ſi ignis extrinſeca ſupficies ſphęrica eſt, eo ꝙ tangat talē, ꝛ intrinſecā ſimilē eſſe. hoc eniȝ in his quę ſm̄ ſuā ſubāȝ debēt ſphęricitatē, neceſſarium eſt, ꝛ nō in his quę ab alijs formanť. Hactenus primuȝ argumentū completū eſt, oſtēdens ꝙ cęluȝ eſt ſphęricū, ex eo ꝙ opȝ primā figuraꝝ primo corpoꝝ ineſſe, tanq̄ ſm̄ ſubſtantiā ipſi, ꝛ ſm̄ naturā conuenientē. Si autē ſit ſphęricū, ꝛ etiaȝ totus mundus talis. Bonum vtiqȝ erit, ꝛ apud Platonē dicta de mundana figura audire. Figurā autē dedit ipſe illi decentē ꝛ cognatā. Equidē animali quod debēt oīa cōtinere in ſeipſo decēs vtiqȝ erit figura, quę comphēdit in ſeipſa oēs quaſcunqȝ figuras, ꝓpter quod ꝛ ſphęricū ex medio omniquaqȝ ad extremitates ęqualr diſtans orbicularitr ipſum tornauit, oīum pfectiſſimā, ſimiliſſimamqȝ ipſam ſibi ipſi figuraꝝ putans multo pulchrius ſimile diſſimili. Quid igiť differt cōgruū ꝛ cognatum dicere, ab hoc, cōuenientiſſimā ſubſtantię ꝛ naturę? Dictū eſt igiť ꝛ ꝙ omnium perfectiſſima eſt figurarum, ſphęrica eſt, ſiliter aūt, ꝛ alię rationes Ariſt. apparebūt.

Vide Timeo uel Timeo.

¶ Adhuc aūt quoniā videť ꝛ ſupponitur circulariter circūferri totū. Oſtenſum eſt autē qȝ extremę circulationis, neqȝ vacuū eſt exterius, neqȝ locus. neceſſe eſt ꝓpter hoc ſphęricum eſſe ipm̄. Si eniȝ eſt rectilineū nequaq̄ eidē immorabitur regioni, ſȝ vbi prius corpus, nunc non erit, ꝛ vbi nunc non eſt, iterum erit, ꝓpter permutationē angulorꝝ. Similiter autem ꝛ vtiqȝ ſi qua alia figura fiat, nō ęquales habēs ex medio lineas, puta, lenticularis aut oualis. In omnibus eniȝ accidet, ꝛ locū eſſe ꝛ vacuuȝ, extra lationem propter non eandē regionem detinere totum.

Com. 14. ¶ Scdm̄ argumētū oſtēdens ꝙ ſphęricū ſit cęlum ex prius oſtēſis. Si eniȝ circulariter circūferť cęluȝ (vt oſtēſuȝ eſt prius) ꝛ non aliqȝ vacuum eſt extra ipſuȝ, neqȝ locus, vt etiā hoc prius oſtēſum eſt. neceſſe eſt ipm̄ eſſe ſphęricuȝ. Si enim rectilinea ſit figura, non vtiqȝ circūuolutū eūdē obtinebit locū. Non enim partes in locis partiū ſeſe recipient. Prominētię enim angulorꝝ facient vbi prius erat corpus, nūc non eſſe: ꝛ vbi nunc non eſt, iterum eſſe maiore q̄ deſiſſa, locum aſſumētes. quare vacuū vtiqȝ erit, ꝛ locus extra, qui prominētias angulorū ſuſcipiat. Huic autē [accidet, ꝛ locū eſſe extra, ꝛ corpus ꝛ vacuū] vel pro hoc, aut locus, aut corpus, aut vacuū, dictū eſt. Omnino enim vnum aliqd horū erit extra ipſum. vel magis quęcūqȝ oſtenſa ſunt, nō eſſe extra cęlum, corpus, vacuuȝ, locus, omnia erunt, ſi circulo motū cęlū, rectilineaȝ habeat figurā. Si eniȝ vbi prius erat corpus, nūc non erit, vacuū vtiqȝ erit, ꝛ ſi vbi nunc non eſt, iterum erit, corpus vtiqȝ erit ꝛ locus, qui ſuſcipiat ipſum. Nam qȝ iterum vacuus locus factus eſt, ſuſcipiēs corpus, ſit aūt corpus extra ipſuȝ, nō aliud p̄ter partes ipſius, ſed inquantū ſm̄ aliquā partē extra ipſum nō erat corpus, ſm̄ illam ſit corpus in circulatione. Et ſi nō rectilineū autē ſit ſit cęli corpus, ſȝ aliqd aliud non ſphęricū. Hoc enim inſinuauit per hoc [nō ęquales hn̄s eas quę ex medio lineas, ſed lenticularis aut oualis] in oībus ſit talibus accidet, ꝛ locum ꝛ vacuū eſſe extra circulationē, ꝓpter non eandē regionē detinere totū. Hęc cum Ariſto. dicat. ꝛ Alex. obuiat recte ꝙ non ſimplr ſana eſt his ratio. Sed ſi quidē lēticularis exiſtēs, polos habeat ſm̄ centra planoꝝ, eundeȝ ſemper obtinebit locū circulariter motū. Si aūt per ſecūdam periphęriā habeat polos, vt ad circularē figurā fiat circulatio, neceſſe vacuū relinqui ꝛ locū. Similr autē ꝛ ſi oualis exiſtens, non ſm̄ lōgitudinē habeat polos, ſed laterales, vt ſm̄ longitudinē fiat circulatio, ſeu circūuolutio, neceſſe vacuū relinqui. Si aūt ſm̄ longitudineȝ habeat polos, non adhuc. Et cylindros aūt, ꝛ conus, ꝛ ſolidū vocatum rōboydes, qȝ quidē ex duobus conis ſm̄ baſes communicans conſtat, ſi circa eundē axem moueanť, eundē ſemper detinēt locū. Cur itaqȝ ſic habentibus his, ipſum poſuit Ariſto. aut ij accidet, nunc ꝓptis intellectū ſoluit dubitationē. In omnibus. n. his aliter ꝛ aliter polis acceptis, accidet ſm̄ quandā acceptionē, ꝛ locū ꝛ vacuū eſſe extra lationē. Sphęrica aūt figura ꝓpter ſimilitudinem, qualitercūqȝ accipianť poli, in eodē ſemper loco circūuoluētur, qȝ oēs lineas habet ęquales, quę ex medio. Simulare enim quū ſit cur magis aut illud plus vel minus diſtat a medio? Ariſto. quidē igiť ex his quę naturalr pręde monſtrata. ſ. ex nullū eſſe extra cęluȝ corpus, neqȝ locū, neqȝ vacuū ſyllogiſmo cōcludit in ſcda figura, ꝙ ſphęricū ſit cęlū, ſic. Cęlum circulariter motū, eundē ſemper locū detinet. Sed nullū habentiū aliā figurā p̄ter ſphęricaȝ circulariter motū, eundē ſemp locū detinet, ſed quę quideȝ rectilinea circūuoluta ꝛ locū relinquūt, ꝛ vacuuȝ, ꝛ corpus, vt dictū eſt prius, oīa aūt circularis lineę, non ſemp ipiēt locum, accidit eniȝ ſm̄ quandā poloꝝ acceptioneȝ. relinquere ꝛ aſſumere de extrinſeco loco. Cęluȝ ergo nullam vtiqȝ habebit aliaꝝ figuraꝝ p̄ter ſphęricam. Aſtronomi aūt concedentes aliquā figurarum. velut cylindrum ꝛ conon ꝛ lēticulareȝ, ꝛ oualē, ꝛ romboydē vocatā ſolidā, ſic habere polos, vt ſemper eundē detineant locū, ex apparentibus oſtendunt, nullā aliā poſſibile habere figurā cęlū, p̄ter ſphęricaȝ. Quādoq̄ enim ſtellę fixę ſuper parallellos circulos eos ſemp ferri videanť, ꝛ eandeȝ ſeruent diſtantiā, ad nos. ſed quę dicunť planetę in obliquo circulo motę, ꝛ ex alio parallello in aliū tranſlatę, ampliorē ꝛ minorē diſtantiā habent ad nos, non eo ꝙ remotiores a terra, ꝛ propinquiores fiant, vt nunc dicimus, ſed eo ꝙ inęquales in ęqualibus figuris ſint rectę, quę a terra incidunt, ad diuerſas cęli partes. Maiores ergo ꝛ minores ipſę ſeipſis apparebūt, ſm̄ diuerſas elongationes ad nos, etiam in eadē ſuperficie exiſtētes. Ptolomęus aūt ſphęricam figuraȝ ſyllogiſmo deducit ex eo ꝙ nō poſſunt ſm̄ aliam ſuppoſitionē horoſcopioꝝ depręhenſiones cōſonare. Et miro modo etiā adijciens ipſe, dictoꝝ a Platone meminit. Corporū ſit omnium ſubtiliſſimū partiū ꝛ magis ſimiliū ē ęther. Similariū aūt ſimilares ſunt ſupficies, ſolę aūt ſunt circularis i planis, ꝛ ſolidaꝝ ſphęrica.

¶ Adhuc aūt ſi quidē motuum menſura quę cęli latio, qȝ eſt ſola continua ꝛ regularis, ꝛ ſempiterna. In vnoquoqȝ autē menſura, qȝ minimū. Minimus aūt motus, qui velociſſimus, palaȝ ꝙ velociſſimus vtiqȝ erit omniū motuum, cęli motus. At vo quę ab eodeȝ in idē, minima eſt quę circuli linea. Scdm̄ minimam autē velociſſimus motus. Quare ſi cęluȝ circūfertur, ꝛ velociſſime moueť ſphęricum ipſum neceſſe eſt eſſe.

¶ Tertiū argumentū eſt hoc, oſtēdens ꝙ ſphęrica eſt cęli figura. Collectio autem rōnis talis, cęli motus mēſura Com. 15.
alioꝝ motuū eſt, motus aūt mēſurans minimus eſt. Mi-

nimus aũt eſt velociſſimus. Velociſſimus aũt motus ab eadẽ virtute, q̃ per minimã diſtantiã. Minimus aũt ęquale ſpaciũ continẽtiũ figurarum in planis quidem et circularis linea eſt, in ſolidis circularis ſuperficies. Cęleſtis ergo circulatio eſt corporis ſphęricã figuram habentis, aſſumptorum autẽ vnũquodque. ſ. cęleſtẽ circulationẽ eſſe menſuram motuum, in quarto de naturali auditu, in ſermonibus de tẽpore oſtẽſum eſt, et nunc breuiter meminit cauſę. Quia enim eſt ſolus motus regularis et cõtinuus, et ęternus, oportet enim mẽſuram motuũ motũ eſſe et ipſum, vt magnitudinũ magnitudinẽ, et partiũ partẽ, et grauedinũ grauedinem, et ponderis pondus. Oportet aũt et continuũ eſſe motum menſurantẽ alios. Si enim interrũpitur ſtatione, quomodo mẽſurabit continuos: oportet aũt et regularẽ eſſe menſurã. Si enim intẽdatur et remittatur, quomodo vtique menſurabit: Simile enim ac ſi quis cubitũ, quandoque quidẽ extenſum, quandoque aũt contractũ, in mẽſuram aſſumat. oportet aũt et ęternum eſſe motum menſurantẽ. Semper enim exiſtẽte motu, oportet ſemper et mẽſurans ipſum eſſe. Hęc aũt ſimul omnia. ſ. cõtinuũ, regularẽ, ęternũ, ſoli inſunt motui cęli. Recte igitur dictum eſt, quod cęli circulatio eſt mẽſura aliorum motuum. Secundum vnũquodque autẽ genus eorum, quę mẽſurantur, et menſurãt, minimũ eſt menſura. Si enim ſtadia ſunt, ſtadiũ. ſi aũt vnitates, vnitas. ſi cyathi, cyathus. et ſi minimo, maius aliquod aliquid mẽſuratur, tamen et ipſum a minimo mẽſuratur. Nam cubitus exiſtẽs menſura, a pede tamen mẽſuratur, et pes a digito. Minimus aũt motus in minimo tempore fit. In minimo autẽ tẽpore ęquale pertranſit velociſſimus. Velociſſimus autẽ ab eadẽ virtute, per ęquale quidẽ circuit ſpacium, ceu areã decẽ ſeptę partis ſtadij. per minimã autem diſtantiã continentẽ ipſum vt eandẽ manentẽ areã pertranſeuntẽ minimũ et ſimul velociſſimũ fieri motũ, et penes tẽpus et penes diſtantiã cõtinens. Minima autẽ earũ quę ab eodẽ in idem hoc eſt figura aliqua continẽtium et terminantiũ diſtantiarum. in planis quidẽ circularis. in ſolidis aũt ſphęrica eſt. quia oſtẽſum eſt et ante Ariſt. quidẽ omnino. ſi quidẽ ipſe tanquam demõſtrato vtitur. Et ab Archimede, et a Zenodoro latius quod Yſoperimetrorũ figurarum amplioris cõtinentię eſt, in planis quidem circulus, in ſolidis aũt ſphęra. Huic aũt conſonum eſt, quod nunc ab Ariſtotele dicitur. ſ. quod linearũ ęqualia plana continentium, minima eſt circularis. ſimiliter aũt et in ſolidis ſphęra. Si enim ęqualibus exiſtẽtibus his quę cõtinent, minora ſunt quę cõtinentur, ſi ęqualia fiant quę continentur, minora vtique erũt continentia. Oportet ergo quod velociſſimo et minimo motu. ſ. circulari mouetur, ſi quidẽ planũ fuerit circulare erit, ſi autem ſolidũ, ſphęricũ. Si enim aliud aliquã figuram habens ęquale ſit ſphęrico, quoniam inęquali mole minor eſt ſphęrę ſuperficies, alijs figuratis. minor vtique erit motus ſphęrę, virtute eadẽ exiſtente. Maior ergo aliter figurato, quod quidẽ inconueniens, ſi debeat eſſe menſura motus. vnũquodque enim eorum, quę circulariter mouentur, ſua perimetro mouetur, ſicut eorum quę ſuper rectã mouentur, vnumquodque perimetro ſuppoſitę diſtantię. Quęrit aũt Alexãder in his, quomodo Ariſt. poteſt dicere, ęqualiũ planorum a minima linea cõtineri circulũ, ſi nondũ circuli quadratura inuẽta extitit. Nam linea circuli /ait/ cõparata rectis, dependet ex quadratura circuli. Et ſoluit quęſtionem dicẽs. aut quia horum deſcriptorum inuenta eſt qualitercunque quadratura, neque enim nunc /ait/ confeſſum eſt, inuentã eſſe, propterea quod quę feruntur demõſtrationes, ex ſuppoſitionibus procedunt, aut cõparationẽ circuli /ait/ nunc non facit ad rectilineã, ſed ad peripheriales lineas, qualis eſt, quę vocatur elix. Nã nõ ſolũ rectilinearum ęqualiũ, ſed et peripherialiũ linearũ, circulus minimã habet perimetrũ. ſimiliter aũt et ſphęra, non ſolum rectilinearũ ſolidorum, ſed et eorũ quę ab vna ſuperficie cõtinẽtur, velut lẽticulari, et ouali ęqualibus exiſtentibus, minorẽ habet ſuperficiẽ. Quod aũt ad hoc cõparationem circuli fecerit Ariſto. credidit Alexã. ex eo, quod dicit [Ab eodẽ in idem] quod maxime cõuenit his figuris, quę ab vna linea, vel ab vna ſuperficie cõtinentur. quamuis paulopoſt idẽ Alexãder dicat, hoc dictũ eſſe, vt figurę declaret perimetrũ, figura enim eſt, quę ab vno vel aliquibus terminis cõtinetur, tale aũt exiſtens /ait/ ab eodẽ in idem habet continentes lineas. non enim rectã /ait/ perimetrũ. non enim ab eodẽ ad idem. Sed neque angulũ, propter quod neque ipſe figura eſt. quare cõiter hoc de figura dixit, et non ſolũ de figuris peripherialiũ linearũ. Et aliter etiã conatur oſtendere Alexander quod ad peripheriales figuras nunc fecit cõparationem Ariſto. dicens, quod quę ante hanc argumẽtatio deducta in vacuũ, in figuris quidẽ rectilineis manifeſta erat, propter prominentias angulorum: in figuris aũt ſuperficialium linearum non ſimiliter. propter quod erit vtique hoc de his apponens quę per premiſſam oſtenſionẽ non erãt ſimiliter oſtẽſa. Forte aũt neque quęſtio Alexãdri, neque ſolutio ipſius habet aliquam ad pręſentiã opportunitatem. neque ille recte dixit, quod circuli lineã cõparare rectis dependet ex quadratura circuli. Nam qui proponit quadrare circulũ, non hoc intẽdit, quod lineę circuli vni exiſtenti, quatuor rectas ęquales inueniat, a quibus vtique tetragonũ cõſtituatur. Hoc enim inuentũ fuit dudũ, et olim, ex quo circuli lineę tripla ſub ſeptima inuenta fuit dyametri, facile enim inuentã rectã ęqualẽ exiſtentem circuli lineę in quatuor diuidere ęquales, a quibus tetragonum cõſtituitur. ſed problema dicens circulo ęquale tetragonũ poni plano circulari planum quadrangulare expoſtulat ęquale, ſicut dato trigono, ęquale tetragonũ cõſtituere elemẽtator probabiliter quęrendo dixit, nõ lineis trianguli tribus lineas tetragoni adequare proponens, ſed aream areę. Quãdo igitur dicit Ariſto. quod earũ quę ab eodẽ ad idẽ, minima eſt circuli linea, lineas adinuicẽ cõparat. Qui aũt dicit quod yſoperimetrarũ figurarũ, maior eſt circuli area aliqua, lineas cõtinẽtes figuras ęquales ſupponẽs tanquam inuento hoc, maiorẽ dicit circuli aream embadũ, alijs his quę a perimetro ęquali circulo continẽtur, ceu a tetragono vel ab aliquo alio, ſed nõ amplius ęqualitas cõprehenſa eſt conſiſtentię arearum. Attẽdere aũt oportet, quod et hoc argumẽtũ Platonicũ exiſtẽs Ariſto. accerſiuit. Si enim areis ęqualibus exiſtẽtibus minima eſt linea quę circulare cõtinet, et propter hoc quę minima yſoperimetrorum eſt multo capacior eſt circulus. quod quidẽ Plato inſinuauit, per cõtinere omnes quotcunque figuras, ſi autem inſinuetur aliquid aliud per hoc, palam quod ex illo, et hoc acceptum eſt.

*Marginal notes (left):* Vide quoque authorẽ ſphere: et Ptolomeũ primo Almage. et Archimedẽ in libro de mundo et Euclidem in elementis. — Vbi eadẽ habetur. vbi ait quadrare circulum antea Antiphontem et Hippocratẽ. *Marginal notes (right):* Euclides.

Sumet autem vtique quis et ex his quę circa mediũ collocatis corporibus hanc fidem. Si enim aqua quidẽ eſt circa terrã, aer autẽ circa aquam, ignis autẽ circa aerẽ, et ſuperiora corpora ſecundum eandẽ rationẽ. Cõtinua quidem enim non ſunt, tangũt autem hęc ſuperficies autem aquę ſphęrica eſt. Quod aũt ſphęrico continuũ, aut iacens circa ſphęricum, et ipſum tale neceſſarium eſt eſſe. Quare et vtique propter hoc manifeſtũ erit quod ſphęricum eſt ipſum cęlum.

Quarta iſta ratio eſt oſtẽdẽs ſphęricum cęlũ, ab eo quod ſphęrica eſt aqua, et nõ ſolum cęlum, ſed etiã aqua et quę ſupra aquã generabilia et corruptibilia elemẽta, aer. ſ. ignis. Nã de terra quod et ipſa ſphęrica demõſtrabit poſt hęc. Nũc ãt Com. 14

inquit ſphęrico cõtiguũ, aut vndiqꝫ ipſum tãgens, neceſſe ⁊ ipſum ſphęricũ eſſe. Sic aũt ſe hꝫ ad aquam aer, propter nihil eſſe intermediũ vacuũ, quare ⁊ aer ſphęricus vtiqꝫ erit. Propter eadẽ aũt ⁊ ignis circũdans aerẽ talis, ⁊ quę deinceps, ⁊ tangẽtia ea quę ſub ipſis ſm̃ eandẽ rationẽ vſqꝫ ad vltimã ſphęrã. Ad hanc vtiqꝫ rõnẽ Alexãder inſtat dicens, ꝙ interiores quidẽ ſuperficies tales eẽ oſtẽdet vtiqꝫ ſm̃ hãc oſtẽſionẽ, nõ aũt ⁊ exteriores. Sed exiſtẽte quidẽ ęthereo corpore ſphęrico, erũt vtiqꝫ ⁊ alia vſqꝫ ad aquã ſphęrica, non exiſtẽte aũt non neceſſe eſt. Si ṽo exteriorẽ quidẽ ſuperficiẽ ꝓpter ſuppoſita habẽt ſphęricã, interiorẽ aũt ꝓpter ſubtus poſita, eadem rõne vtiqꝫ ſm̃ tota ſphęrica erunt. Forte aũt, ait, quidem in his verbis neqꝫ extrinſeca aeris ſuperficies, neqꝫ quę ignis interior, neceſſitatẽ habẽt ꝙ ſint ſphęricę. Aut neceſſe, ait, magis ⁊ aer humidus exñs ſicut aqua cõfluens in cõcaua, ſphęricã facit extrinſecã ſuperficiẽ, ſicut ⁊ aqua. Si autẽ hoc tale, ⁊ ignis ſuperficies intrinſeca erit vtiqꝫ ſphęrica, ⁊ quę extra, ſi ſit corpus diuinũ ſphęricum, vt oſtẽſum eſt prius. Sic autẽ per ambas oſtẽſiones, ait, erit oſtenſum media corpora vtrãqꝫ ſuperficiẽ hr̃e ſphęricã. Extrinſecã quidẽ, ꝓpter circũdans, intrinſecã aũt ꝓpter contentũ. Hęc quidẽ Alexãder, Ariſto. aũt per hanc rationẽ ſphęrico oſtẽſo cęlo, ⁊ incipiens ipſum ꝙ ſphęricum neceſſe ſit eſſe cęlũ, accipi ⁊ vtiqꝫ aliquis, ait, fidẽ, ⁊ ex his quę circa mediũ collocatis corporibus. Et concludẽs etiã ipſum, quare, ait, etiã ꝓpter hoc manifeſtũ erit ꝙ ſphęricum ſit cęlũ. Quo igitur nos dimidiũ demonſtrationis ſolũ ex hoc ſermone dicimus accepiſſe: Forte igit̃ ⁊ iſte ſufficiens ſm̃ ſe eſt, ſi diligentię Ariſto. intellectũ adhibeamus. Si enim aer ꝓpter aquã quidẽ ſphęricam exiſtẽtẽ tangentẽ ipſam cõcauã ſuperficiẽ hr̃t ſphęricã. Propter affluere aũt vndiqꝫ ad aquã ſphęricã exiſtentẽ, ⁊ exterius, ⁊ in ſphęrã redacta eſt. palã ꝙ ⁊ ignis intrinſeca ſuperficies ſphęrica erit. extrinſeca autẽ ab ortu ad occaſum cũ ſphęrę inerrabili ſimul mouet̃, vt manifeſtant quę in ipſa cõſiſtentia apparẽtię comerę, ⁊ trabes, ⁊ talia quę vna cũ ſtellis fixis oriunt̃ ⁊ occidũt. Corpore igit̃ lunã ferente ad ortũ ab occaſu moto, vndiqꝫ tangẽs corpus ferens lunã ignis ſi non politũ ſit, prohibebitqꝫ vtiqꝫ, ⁊ ꝓhibebit̃ moueri. Quare ⁊ per hoc palã ꝙ intrinſeca ſupficies lunę ſphęrica eſt. At ṽo ⁊ extrinſeca, ꝓprio enim iterũ motu mouet̃ luna, ꝑter motũ mercurij, ⁊ ſic vſqꝫ ad non erraticã procedũt. Totaliter aũt his quę ſub luna ſphęricis oſtenſis, inconuenientiſſimũ vtiqꝫ eſſet, cęleſtia hr̃e aliquã figurã deteriorẽ ſphęrica. Recte igit̃ dixit ⁊ ſupiora corpa, ſm̃ eandẽ rõnẽ.]

¶ At ṽo ꝙ aquę ſuperficies talis, manifeſtũ ſuppoſitionẽ ſumentibus, qꝛ nata eſt ſemper fluere aqua, in magis concauũ. Cõcauius autẽ, qđ centro propinquius. Ducant̃ igitur ex centro quę a/b/ ⁊ quę a/g/ ⁊ copuletur in qua b/g. Ducta igitur ad baſem a/d/ minor eſt earũ quę ex cẽtro. Cõcauior igitur locus, quare circũfluet aqua, donec vtiqꝫ equet̃. Equalis aũt his quę ex centro, quę a/e. Itaqꝫ neceſſe apud eas quę ex centro, eſſe aquam, tunc enim quieſcet. Tangens autẽ eas quę ex centro circularis. Sphęrica igitur aquę ſuperficies, in qua b/e/g.

Com. 17. ¶ Proximum argumentũ cum feciſſet ſup ſuppoſitionẽ dicentẽ ſphęricã eſſe aquam, nũc hoc ipſum ꝓponit oſtẽdere, linearẽ certitudinẽ demõſtrationi apponens, ⁊ geometrice quã vere docet naturã. Accipiẽs igit̃ ⁊ nunc ſuppoſitionẽ, ex apparentibus hanc forte euidẽtiſſimã, ꝙ nata eſt ſemper cõfluere aqua ad cõcaua. Cõcauũ autẽ eſt locus ille ſemper, qui magis appropinquat regioni, ad quã nata eſt confluere aqua, ⁊ ad quã fluit non ꝓhibita. Hoc igit̃ centrũ vocat, nunc quidẽ vt pũctũ accipiẽs, ac ſi dicas cõcauiſſimũ ad qđ cõfluit aqua. Paulo antẽ poſt cẽtrum oſtendet ſuperficiei aquę, ⁊ ab hoc .ſ. a/ ęquales rectas educit .ſ. a/b/ ⁊ a/g, ⁊ copulans lineã b/g/ trigonum facit, ⁊ a vertice ad baſem inter puncta b/g ducit lineam a/d. Hęc igitur minor eſt lineis a/b/ ⁊ a/g. Si igitur centro a/ ⁊ diſtãtia vtraſqꝫ .ſ. b/g/ circulũ deſcripſerimus, quę quidẽ a/b/ ⁊ a/g/ erunt ex centro attingentes peripheriam, intermedia aũt ipſarũ ad baſem ducta .ſ. a/d/ non attinget, ⁊ hęc a centro ꝓcedens, minor ergo illis erit, propinquius ergo ipſi a/ erit d/ q̃ b/g, concauior ergo locus d/ ꝑter loca ipoꝝ b/g, ad d/ ergo ꝯfluet aqua, donec vtiqꝫ adequetur ipſis a/b/ ⁊ a/g/ quę a/d. tunc enim nõ amplius erit cõcauius d/ q̃ b/g. Si igitur protrahentes lineã a/d/ ꝗbſtulerimus ab ipſa lineã a/e/ ęqualem lineis a/b/ ⁊ a/g/ non adhuc erit concauior locus in quẽ confluet aqua. Si enim aliquis putat intermedia triũ rectarũ eſſe cõcaua, ⁊ per illa rurſus pũcta ab a/ ęquales rectas ꝓtrahentes tribus repleamus cõcauũ, ſi igit̃ ad a/e/g/ puncta, ⁊ ſi q̃ alia intermedia horũ vltima eaꝝ quę ab a/ puncto rectarum inuẽta ſint. ſiquidẽ in plano deſcribant̃ ab a/ recte, circularis erit copulata ad vltima rectaꝝ linea. Si autẽ in ſolido ſphęrica erit ſuperficies, quę per vltimas lineas educitur. Si eniꝫ ab aliquo puncto ad eaſdẽ partes plures q̃ due recte educte fuerint ęquales, ſi quidẽ in eodẽ plano ſunt, circularis erit linea, quę per ipſas vltimas ꝓducit̃. Si aũt in diuerſis planis, ſphęrica erit ſuperficies. Si igit̃ aqua tunc ſolum nãliter quieſcit, ⁊ confluit, quãdo apud vltima fuerit rectarũ ęqualiũ ab a/ eductarũ illud qđ autem per vltima illa producit̃ in ſolido ſphęricã facit ſuperficiem. Aqua ergo ſphęricã hꝫ ſuperficiem, ⁊ centrũ ipſius punctũ, a quo vndiqꝫ ęqualiter diſtat ſuperficies, ꝓpter qđ ⁊ centrũ vocauit ipſum Ariſto. ſiue terrę ſit hoc centrũ, ſiue vniuerſi, ſiue ipſius aquę, ſiue quidẽ cęterorum idẽ locus habẽtiũ virtutes diuerſas. Qꝛ aũt ſphęrica ſit aquę ſupficies, inſinuat ẽt hoc, ꝙ guttę in politum aliqđ incidentes, velut in folium caulis, aut arboris, aut alioꝝ politoꝝ, cõuolute ⁊ in ſphęras redacte quieſcunt. Adhuc aũt euidentius hoc, ꝙ nauigãtes pelagus, ab ipſis nauibus ſępe nõ vident terrã, neqꝫ quę in ipſa prominentia ſunt, ſuper malos autẽ aſcendentes tanq̃ ꝓpe exiſtentia vident. Sed ⁊ in calicẽ ſi quis aquã immittat, ⁊ nũmos aut alias moles aliquas redigitur in ſphęrã aqua, ⁊ non effundit̃, donec excedat ſphęricam ſuperficiem. Hoc ſigna & adducit au|thor ſphęrę.

¶ Quod quidẽ igitur ſphęricus ſit mundus, palam ex his, ⁊ qđ ſm̃ diligentiã tornatus, ſic vt nihil neqꝫ chyrokmiton habeat, conſimiliter neqꝫ aliud nihil eorũ quę nobis in oculis ſiunt. Ex quibus enim conſtitutionẽ accepit nihil ſic poſſibile regularitatẽ ſuſcipere, ⁊ diligẽtiã, vt circularis corporis natura. Manifeſtũ enim ꝙ proportionẽ hꝫ quẽadmodum aqua ad terrã, ⁊ plus ſemp diſtãtia elmtorũ.

¶ Probleme quidẽ erat oſtendere, ꝙ ſphęricũ eſt cęleſte corpus, quĩ aũt totus mundus ſm̃ cęlum eſt ſphęricus, ⁊ Com. 18.

etiã ſm rationẽ plurima eoꝝ que ſub luna vocanť oſtẽſa ſunt ſphærica. Non imerito concludẽs rationes dixit, oſtenſum eſſe ſphæricũ totum mundũ, qm̃ autem aduerſus homines diſputat cõſuetos artificialibus ⁊ nãlibus ſphæricis, ingenitẽ excellentiã ſm figurã ad oĩa alia cœleſtis corporis inſinuat ꝙ non denſe craſſe diciť ſphæricũ, vt terrã ad ſenſum ſphæricã dicimus, quãuis tantas habeat ꝑminẽtias montiũ, ⁊ voraginoſas cõcauitates, ſed ſic ſꝫ ꝟitatẽ tornata eſt ſphæra, vt nihil neqꝫ artificiale, neqꝫ nãle, neqꝫ totaliter aliquid eoꝝ, que nobis in oculis apparent, nihil cõſimile habeat eiꝫ ipſi. Sed indigebat aliqua cũ ſolõne rationis diſtantia hæc, quãuis enim ſphæricũ oſtenſuꝫ ſit, tñ certitudo hec nõ apparet ſenſui, ⁊ ideo forte incredulitatẽ exhibuit. Oſtendit igiť ꝙ nullum aliud eoꝝ que in mundo ſunt corporũ, ex qbus mũdus cõſiſtentiaꝫ accepit, ſic poſſibile eſt regularitatẽ accipere ⁊ certitudineꝫ corporis, vt orbicularis corporis natura. Oſtẽdit aũt hoc ex ꝓportione elementoꝝ, que a nobis videtur. Nã ꝙ aque ſuperficies planior quedaꝫ eſt ⁊ regularior, ꝙ̃ ſuperficies terre, cuius manifeſtum eſt. Si igiť ꝓportionalr ſe habẽt elementa adinuicẽ, vt ſit ſicut aqua ad terrã, ita aer ad aquã, ⁊ ad aerẽ ignis, ⁊ elementa hoc eſt iuxta ordineꝫ poſita, quoꝝ plus diſtantia a terra regularitate eſt, reſpectu eoꝝ que ſub ipſis, ꝓpter ſubtilitatẽ ⁊ puritatẽ differunt. palam ꝙ ẽt id qꝺ ſupra ignem corpus, ad analogiã elongationis ſubtilitatẽ hꝫ ⁊ puritatem, ⁊ regularitatẽ, ⁊ ꝓpter hoc eam que ſm figuraꝫ habet certitudinẽ. ¶ Attendere aũt opꝫ, ꝙ ly [tornatus] tranſumptum a litteris Platonis que dicit ꝙ ſphæricuꝫ ex medio omniqꝫqꝫ ad extremitates equaliter diſtans circulare ipſum tornauit. Qꝛ autem ſphæricum munduꝫ dixit propter cœlum ipſum ſphæricum, etiam nunc inſinuauit, per eo que /ait/ nullum eorum que in mundo corporum regularitatem ſm diligentiam ſic poſſe ſuſcipere, vt circularis corporis natura. *In Timeo*

¶ Quoniã aũt eſt dupliciter in circulo moueri, puta ab a/ hunc quidẽ ad b/ hunc autẽ ad g. Qꝛ quidẽ igitur non ſunt cõtrarij iſti prius dictũ eſt. Sed ſi nihil vt cõtingit neqꝫ a caſu poteſt in ſempiternis eſſe, celũ autẽ ſempiternũ ⁊ circulatio, ꝓpter quã cauſam ad alteraꝫ fertur, ſed nõ ad alterã. Neceſſe enim ⁊ hoc/ aut principiũ eſſe/ aut eſſe ipſius principiũ. Forte quidem igiť de quibuſdaꝫ enuntiare aliqd tentare ⁊ de omnibꝰ pretermittere nihil, forſitan vtiqꝫ videbiť eſſe ſignuꝫ/ aut multe ſtultitie/ aut multe prõptitudinis. Nõ tamẽ iuſtũ quidẽ oẽs ſimiliter increpare, ſꝫ videre oportet cauſam dicendi, que eſt. Adhuc aũt qualiter habẽs in credẽdo, vtruꝫ humano modo, aut firmius. Certiores quidem igiť neceſſitates quãdo quis attigerit, tunc gratiã hĩc opꝫ inuenientibus. Nunc aũt qꝺ videť dicenduꝫ eſt. Si enim natura ſemper facit cõtingentiũ qꝺ optimũ. Eſt aũt quẽadmodũ earum que in rectũ lationũ, que ad ſuperiorẽ locũ honorabilior (diuinior enim locus qui ſurſum, eo qui deorſum) eodẽ modo ⁊ que ad anterius, ea que ad poſterius ſe habet. Si quidem ⁊ dextrũ ⁊ ſiniſtrũ, quẽadmodũ dictũ eſt priꝰ, ⁊ teſtificať etiã dicta dubitatio, quoniã habꝫ prius ⁊ poſterius. Hec eniꝫ cã ſoluit dubitationẽ. Si eniꝫ habet vt contingit optime, hec vtiqꝫ erit cã dicti. Optimũ eniꝫ moueri ſimplici motu, ⁊ inceſſabili, ⁊ ħ ad honorabiliꝰ.

¶ Quintam nũc problematice adducit qõnẽ de motu celi primi, quoniã circulariter motuꝫ ipſum poſſibile erat duplr moueri, aut ſic vt nunc mouetur, aut ꝯcõtrario, vt ſphæra inerrabilis nunc a dicto occaſu mota illuꝫ faciat ortum, erraticã aũt vꝫ. a nunc oriente. Et primo quidem ꝙ merito hanc qõnem inquirit, oſtendit ex eo, ꝙ eſt huius etiã aliqua cauſa. Si enim cœlũ ꝯternũ, ⁊ ꝯternalr motum, ꝯternoꝝ aũt nihil fruſtra, neqꝫ a caſu ſit, palã ꝙ erit vtiqꝫ aliqua cauſa, quare ſic vt nũc, ſed nõ ꝯcõtrario mouetur. Quoniã igiť non ſine cã eſt ſic moueri, aut principium ⁊ cã alioꝝ eſt hoc, vt oppoſita motio dicebať generationis principiũ, aut ⁊ huius aliqꝺ aliud eſt principiũ, vt ſphæricitatis .ſ. oportere ꝑmo corpori primoꝫ figurarum exiſtere. Deinde ad difficultatẽ qõnis aſpiciens determinat quos oporteat talia problemata ingrere, qꝛ non glorioſos neqꝫ ꝑcipites ꝓprijs fantaſijs credẽtes, ſed amantes diſcere, ⁊ eos opꝫ, qui recte iudicare cupiũt. His eniꝫ cõuenit, etiã de quibuſdã que videnť dubitabiliſſime ꝓnũciare, ⁊ de oĩbus tẽtare inquirere, ⁊ nihil ꝑtermittere. In his enim neqꝫ ſtultitie, neqꝫ ſuperflue promptitudinis cãm habebũt tales qõnes. Cũ dixiſſet autẽ ꝙ duplr eſt circulari motu moueri. Hoc quidẽ ab a/ ad b/ hoc aũt ab a/ ad g/ ad memoriã reuocat ꝙ ex hoc non imutať rõ que oſtẽdit, ꝙ circulari motui non eſt cõtrarius motus, neqꝫ eniꝫ cõtrarij ſunt hi, ſed ꝯcõtrario. Cognoſcẽs autẽ ſuſpectam futuram multis dicende rõnis deductioneꝫ, ⁊ maxime ſubito cõſiderãtibus, cũ philoſophica reuerentia pro ipſa rñdet/ dicẽs ꝙ qñ aliquis occurrerit inuenientibus certiores neceſſitates que ſiue cauſe, tũc gratiã ipſis habere opꝫ, quãdiu aũt illis non occurrerimus, qꝺ nunc videť uerũ dicať. Magnifaciẽs igiť naturã, ⁊ adhuc magis conditorẽ /ait/ contingentiũ fieri ſemper qꝺ optimuꝫ eſt facere, ⁊ ꝙ ſicut in latione ſm longitudinẽ, que ad ſuperiorẽ locũ honorabilior eſt ea que ad deorſum, eodeꝫ mõ ⁊ que ad anterius honorabilior ea, que ad poſterius eſt. Qm̃ aũt oſtenſo prius, ꝙ ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ, ⁊ dextruꝫ ⁊ ſiniſtrũ hꝫ vniuerſuꝫ, de eo qꝺ ante ⁊ retro nihil dixit, nunc aũt ipſo tanꝗ̃ exiſtẽte viſus fuit, merito oſtendit ꝙ hꝫ etiã hec, ſi hꝫ ⁊ dextrũ ⁊ ſiniſtrũ. Si eniꝫ dextrũ quidẽ eſt, id a quo motus incipit, anterius aũt id ad qꝺ, exiſtẽte aũt eo a quo eſt, ſemper ⁊ id ad qꝺ, palã ꝙ exiſte dextro, eſt ⁊ id qꝺ anterius. Naꝫ qꝺ incepit moueri, ad aliqd mouetur, ⁊ exiſtẽte principio, erit ⁊ id, qꝺ a principio. Teſtatur aũt /ait/ dicta dubitatio .ſ. querens ꝓpter quid ad hoc mouetur cœlũ, ſed non ꝯcõtrario. Hoc igiť teſtať, ꝙ ſm diſtenſiones hꝫ cœluꝫ qꝺ melius, ⁊ qꝺ deterius, ⁊ qꝺ anterius melius eſt, eo qꝺ poſterius, hꝫ autem cœleſtis motus vt ꝯtingit optime, idꝗ̃ a natura ⁊ deo factus. Hec vtiqꝫ erit cauſa, quare ad hec moueť, ad que nunc mouetur ⁊ non ꝯcõtrario. Melius enim eſt ei ꝙ ſimplici motu ⁊ inceſſabili moueť ad honorabilius hoc eſt ad anterius motu moueri. Quare dubitãti, ꝓpter qd ſic, ſed nõ ꝯcontrario moueť cœlum, rñdẽdũ, qꝛ melius ipſi ad anterius moueri, ꝙ̃ ad poſterius. Anterius enim hoc eſt ad qꝺ q ſm naturã motus fit. Alexãder autem /ait/ poſſe a dextris aliqd incipiens, non ſemꝑ ad anterius moueri, vt qui a retro ꝓcedunt. Dicet aũt vtiqꝫ aliquis ⁊ duplãtes dextros *Com. 19.*

ad dorſũ moueri. Hi autẽ non ſunt p ſe nãles motus, ſed
artificiales, ſicut proambulare. Eſt igit̃ tota ꝓpoſiti oſtẽ
ſio talis, ſi cęlum h3 dextrũ hoc a quo mouet̃ ad aliquid,
habebit vtiq3 ⁊ anterius hoc ad qđ mouetur. Na3 habẽs
id a quo, h3 ⁊ id ad qđ. Si igitur melius dextrũ ⁊ anteri⁹,
q̃ ſiniſtrũ ⁊ poſterius, vt optime diſponit̃, ſicut cęlu3 di
ſponit̃, a meliori vtiq3 ⁊ ad melius faciet motum. Hanc
oſtenſionẽ circularẽ putant quidã eſſe, ſi eni3 oſtendit cę
lum hẽ dextrũ ex habere principiũ motus ad hęc, ſi eſt
motus, qui ad anterius, erit vtiq3 dextru3 ab eo qđ ante-
rius demonſtratũ. Si igitur nunc dicit cęlu3 hẽ anterius
⁊ poſterius, ſi dextrũ ⁊ ſiniſtrũ, circularis eſt demonſtra
tio. Alexãder aũt/ait/nõ eſſe demõſtrationẽ circularem.
Oſtẽſo enim q̃ op3 hẽ cęlu3 oẽs diſtenſiones, perfectũ
cu3 ſit ⁊ animatũ, quę ſint dextra ipſius nunc a motu ac-
cepit. Hoc enim eſt dextrũ, vnde principiu3 motus quo
mouetur. Si aũt ⁊ dextrũ quidẽ eſt, id a quo motus, ante-
rius aũt id ad qđ motus, qui ſm naturã a dextro, ⁊ coexi
ſtunt ſemꝑ inuicẽ, id a quo motus, ⁊ id ad qđ, quid incõ-
ueniens vnũ per aliud cognoſci viciſſim. Sed quide3 (vt
eſtimo) non multo aliquo ſermone eſt dignũ. Illud autẽ
magis dubitandũ, quõ inquirens ꝓꝑ quid cęlũ ad altera
fertur, ſed non ad altera, ⁊ dicẽs q̃ ad anterius fertur, ſic
eni3 melius erat, ſoluens vtiq3 erit dubitationẽ. Si enim
eſſ3 aliqua in cęleſti corpore diuã anterioꝝ ⁊ poſterioꝝ,
ſicut videt̃ in aĩalibus, quę in gñatione ſunt, eſſet dicere,
q̃ ad hęc factus eſt motus, q2 hoc eſt qđ anterius, quũ cę-
lu3 ſit ſimilare, incertũ ſi ꝓpterea qđ hoc eſt anterius, ad
ipſum factus eſt motus, ſiue ꝓpter motu3 ad hęc factum
eſſe hoc anterius dicimus. Na3 ⁊ ſi ad altera moueretur,
ceu ſi oriretur nunc ab occaſu ⁊ occũberet in oriente qđ
eſt nunc, ſicut ⁊ erraticũ, pala3 qđ dextra eſſent illa, ⁊ an-
terius id ad qđ motus, ⁊ ſurſum borealis polus, vt in er-
raticis hẽ oſtendit ipſe. Et quęſtio eſſet, ꝓpter quid non
quę quidẽ nõ inerrabilis ſphęra a dicto nunc occaſu mo
uet̃, erraticũ aũt cõtramoueri debens, ꝓpter dictam cau
ſam a nunc oriente. Forte aũt diligentius q̃ nos dubitã-
tes, ſolutionẽ Ariſto. conſiderauit. Si enim neceſſe ante-
rius ⁊ poſterius hẽ ſm naturã cęlum, ⁊ non erraticum ⁊
erraticũ, ⁊ ꝓcedunt hęc vl̃r ante motũ in aĩalibus. Opor
tet enim hẽ qđ anterius, ⁊ ſic ad anterius moueri. Et mo
tu quidẽ ad anterius exiſtẽte, neceſſe ſemper eſſe qđ an-
terius. Exiſtẽte aũt eo qđ anterius, nõ neceſſe eu3 qui ad
anterius motũ eſſe, verũ eſt dicere ⁊ in ſphęrę inerrabili
q̃ ꝓpter hoc ad hoc fit motus, q2 hoc eſt qđ anterius, nõ
aũt ꝓpterea q̃ ad hoc eſt motus, ꝓpter hoc eſt hoc ante-
rius, qđ quidẽ dubitans ratio quęrebat. Sed q̃ quidẽ ad
anterius oporteat fieri ipm qui ſm naturã motũ, nullus
dubitabit, ſi hoc eſt anterius ad qđ fit ſm naturã motus.
Qđ aũt eſt anterius ⁊ poſterius ſm nã3 in cęlo, ⁊ ſic eſti-
mo poſſibile oſtendi. In oĩbus quę nunc ordinatę mouẽ
tur multitudinibus, ceu in choro ⁊ in pompa, ⁊ in exerci
tu, ſemper eſt neceſſarius aliq̃s ordo ꝓcedentiũ ⁊ ſequen
tiũ. Multo igit̃ magis aſtroꝝ multitudinẽ in cęlo ordina
tam collocauit cõditor, vt tale3 poſitionẽ ⁊ tales figura-
tiones habeant adinuicẽ, ⁊ hęc quidẽ pręcedãt ſm natu-
ram in motu, hęc aũt ſequant̃, ad ea3 quę ſubſtãtię ipſo-
rum ⁊ virtutis ⁊ opationis aſpiciẽs conuenientiã, ſm quã
ea quę ſub luna diſponunt. Ordinata igit̃ ſic ſm poſi-
tionẽ ⁊ pręceſſionẽ, vt erat optime ordinari, ſi eo q̃ ꝯcon
trario mouerent̃ motu, ꝓcedentia nunc, ſequẽtia fieri ex
neceſſitate eſſet, ⁊ arietẽ piſces ſequi, ⁊ aquariũ, ⁊ reliqua,
ſed nõ taurũ ⁊ gemini ⁊ reliqua. Et poſt ęquinoctium qđ
in ariete, nõ vt nũc ver, ſed autũnus fieret, ⁊ ęſtas poſt li
brã. Et ſic ordo ⁊ virtus cõplexionũ ſolis ad zodiacu3 ⁊ ad

ſimul orientes ſtellas, ⁊ ad eos qui ſub luna effectus, alte
rã acciperẽt diſpõnẽ. Nam in piſcibus ſol quũ fuerit, prin-
cipiũ faceret autũni, ⁊ non finẽ hyemis vt nunc. Si igitur
motu ad altera facto, ⁊ opationes eſſet neceſſe cęleſtiu3 ⁊
virtutes alteras exiſtere. Et palã etiã q̃ ſubſtãtiam cogno
ſcat interrogãs ꝓpter quid ad hoc mouet̃ cęlum, ſed nõ
ad illa, non hoc ſimplr̃ interrogare, ſed ꝓpter quid mun
dus ſic, vt nunc h3, diſpoſitus eſt, ſed nõ ſ3 alterũ aliquẽ
modũ. Et quidẽ tanq̃ differens exiſtens ſic/aut illo mõ,
dubitatio facta eſt. Bene igit̃ Ariſto. in calce optimã re-
duxit rationẽ. Iam aũt hic palã factũ eſt, ꝓpter quã cau-
ſam q̃ ſurſum, ⁊ deorſum, ⁊ dextrũ, ⁊ ſiniſtrũ cęli oſten-
dit, anterius ⁊ poſteri⁹ ꝓtermiſit ipſius. Na3 ex dubitatio
ne in prõptu hęc inueniendã hunc locũ reiecit ſermonẽ.

¶ De motu autẽ ipſius q̃ regularis ſit, ⁊ non
irregularis, deinceps vtiq3 dictis erit pertrã-
ſire. Dico aũt hoc de primo cęlo ⁊ de prima
latione. In his eni3 quę deſubtus plures ia3
lationes cõuenerunt in vnũ. Si enim irregu-
lariter mouebit̃, manifeſtũ, q̃ intenſio erit ⁊
akme ⁊ remiſſio, lationis. Omnis enim irre-
gularis latio, ⁊ remiſſionẽ h3, ⁊ intenſionem,
⁊ vigorẽ. Vigor aũt eſt, aut vnde fertur, aut
quo, aut intermedię, puta forte, his quidẽ quę
ſm natura3, ad qđ ferũtur, his aũt quę pręter
naturã, vnde proiectis autẽ intermedię. Circu
lationis aũt nõ eſt, neq3 vnde, neq3 quo, neq3
mediu3, neq3 enim principiũ, neq3 finis, neq3
mediũ ipſius eſt ſimplr̃. Tẽpore eni3 ſempi
terna ⁊ longitudine conducta, ⁊ ſine fractio-
ne. Quare ſi non akme ipſius lationis, neq3
irregularitas erit. Irregularitas eni3 fit pro-
pter remiſſionem ⁊ intenſionem.

¶ Sextũ hoc problema coꝝ quę de cęlo in hoc libro trac- Com. 20.
tantur ꝓbabiliter, de motu ipſius q̃ regularis ſit ⁊ non
irregularis oſtendens, ꝓpterea q̃ ⁊ hoc ad laudẽ diuini
corporis erat aſſumẽdũ, ⁊ etiã q2 viſus fuit ipſo in ſermo-
ne de figura cęleſti, cũ diceret cęli circulatione3 eſſe men-
ſurã motuũ, q2 continua eſt ⁊ regularis, ⁊ ęterna. Hęc au
tẽ inſunt vnicuiq3 cęleſtiũ ſphęrarũ. Diuinę enim exiſtẽ-
tes oẽs ⁊ cõtinuę ⁊ ęterno ⁊ regulari motu mouent̃. Sed
hęc quide3 ꝓpter pluribus motibus moueri vnãquãq3,
alia q̃dẽ proprio, alię aũt cũ nõ erratica circũuolutę. Hę
ꝯo a reuoluẽtibus vocatis ſphęris circũductę ⁊ ſi nõ ve
rã, tñ apparentẽ hñt quãdam irregularitate3. Et eſt mira
bile problema aſtronomoꝝ hoc, qui datis q̃buſdam ab
ipſis ſuppoſitionib⁹, partim ab antiquioribus, parti3 ab
his, qui circa Eudoxũ, ⁊ Calippu3, quos ẽt Ariſt. ſequit̃
per vocatas reuoluẽtes ſphęras, de quibus ipſe in meta-
phyſica docet, ecentricis quibuſdã, ⁊ epiciclis oſtendere
oĩa apparentia nituntur atq3 cęleſtia circulari ⁊ regulari
delata motu ⁊ motu apparentem irregularitatẽ ſingulis,
q̃nq3 quidẽ velocius, q̃nq3 aũt tardius motis, ⁊ quãdoq3
quidẽ ante, q̃nq3 autẽ retro, ł ſurſum ⁊ deorſu3, q̃nq3 aũt
⁊ quieſcere in eode3 loco, ⁊ maiores ⁊ minores videri ip
ſas. Hęc omnia ⁊ talia apparentia ſolũ ſunt ⁊ non vera.
Sed horũ quidẽ regularitatẽ oſtendet, q̃ de reuoluenti-
bus ſphęris, in metaphyſica dicet. Nunc aũt de prima la
tione q̃ regularis ſit oſtendi/ait/demõſtrationibus q̃dẽ
oĩbus (vt eſtimo) congruentibus etiã erraticis, quia autẽ

Hoc in impſ-
ſo codice nõ
fuit/ſ3 in exẽ
plari quodã.

prima latio, ⁊ apparentē regularitatē hʒ, ⁊ nō indiget aliquibus ſuppoſitionibus, ꝑpter hoc de illa nunc ꝑmiſit oſtēdere. Et eſt primū argumētū cathegoricū (vt eſtimo) cōcluſum in ſcḋa figura ſic Omnis irregularis latio intēſionē/aut vigorē/aut remiſſionē hʒ. Circularis latio intēſionē/aut vigorē/aut remiſſionem nō hʒ. Circularis ergo latio nō eſt irregularis. Et maiorē quidē ꝑpoſitionē tāq̄ꝫ euidentē accepit dicentē, ꝙ irregularis latio intenſionē hʒ aut vigorē/aut remiſſionē. Motus enim dūꝫ citius ⁊ tardius. Et velocioris quidē irregularis, ſm̄ intenſionē motus ſit ſemper magis velociori facto. Tardioris aūt ſm̄ remiſſionē, ad tardius ꝓcedēte. vigor ⁊ ſūmus ſtatus aūt cōſideraꝫ ſm̄ velociſſimū, ſicut lāgor ſm̄ tardiſſimū. Minorem autē ꝑpoſitionē, quę dicit ꝙ circularis latio, neq̄ꝫ intenſionē, neq̄ꝫ vigorē, neq̄ꝫ remiſſionē hʒ, ⁊ ipſaꝫ in ſcḋa figura probauit, ſic. Habēs vigorē aut principiū hʒ, aut mediū, aut finē, ſed circularis motus, neq̄ꝫ principium hʒ/neq̄ꝫ mediū/neq̄ꝫ finē. Circularis ergo motus vigorē non hʒ, ſi autē non vigorē/neq̄ꝫ remiſſionē/neq̄ꝫ intenſionē. Nam vigor eſt vltimū intenſionis, aut principiū remiſſionis. Rurſum aūt in his maiorē ꝑpoſitionē, quę dicit, ꝙ vigorē habens, principiū hʒ autē mediū aut finē, oſtendit ex diuiſione ſic. Vigorē habentia in motibus, aut nālia ſunt, aut animata corpora, hoc eſt, aut ſimplicia, aut cōpoſita. Nālium aūt quędā quidē natura mouētur, quędā aūt vi. Et quę quidē ſm̄ naturā mouentur, vigorē ⁊ ſummū ſtatū hn̄t apud finē, ⁊ motus quo mouētur, ⁊ loci ⁊ tēporis. citius enim mouētur ⁊ quę pręter naturā ſunt vigorē in principio motus hn̄t. In principio.n. citius mouenꝫ, virtute mouēte ipſa tunc magis coexiſtēte, ſm̄ breue nāq̄ꝫ minorata illa ⁊ deficiente ſm̄ propriaꝫ inclinationē iam fertur, qḋ fertur. Naꝫ propulſę aut ſurſum iactę grauitates vſq̄ꝫ tunc ferunꝫ, pręter naturā, donec virtus vim inferētis coexiſtit. Illa aūt deficiente, ad deorſum feruntꝫ iaꝫ ſm̄ propriā inclinationeꝫ. Proiectis aūt/ait/in medio eſt vigor. Quę igitur ſunt proiecta, aut palā, ꝙ non ſimplicia, ⁊ nālia corpora. Hęc enim aut ſꝫ nām, aut pręter naturā mota, iaꝫ aſſignata ſunt, ſed compoſita animaliū, quę neq̄ꝫ ſurſuꝫ mouētur, q₂ habent ea quę deorſum rapiunt, neq̄ꝫ deorſum, ꝑpterea quoꝫ ſurſum natura, ſed in latus quę proiecta. Dixit aūt a ſimilitudine ad ea quę proijci dicunꝫ. ſ. ſagittas ⁊ lanceas, quia ⁊ illa ad latus miſſa proijci dicunꝫ, aut ꝓiecta animaliuꝫ corpora vocat, tanq̄ꝫ anima in ipſis ꝓpellente ipſa ad latera. Pręter motū aūt qui ſm̄ naturā vniuſcuiuſq̄ꝫ eoruꝫ q̄ in ipſis ſunt. Nam ſine impetu animę mota, non hoc motu mouenꝫ, ſed ad id qḋ ſm̄ naturā prędominaꝫ in ipſo ſimpliciū. Qꝫ aūt ſm̄ aīatos motus habeāt vigoreꝫ circa mediū, ex inductione eſt addiſcere. Nam volatilia ⁊ gradientia aīalia, in principio quideꝫ motus exercitio indiget, ⁊ ꝑparatione mēbroꝫ ad motū. Apud finē auteꝫ fatigata iam inoperoſius mouenꝫ. Palā autē hoc ⁊ in exercitijs eſt, vigorē enim habēt circa mediū motus. Alexāder autē ꝑter hanc expoſitionē, quę in aīalibus circa medium motus vigorē dicit, aliā tanq̄ꝫ hac probabiliorem inducit, ſcribens ꝙ proiectis intermedię dicet vtiq̄ꝫ non ꝓpriū ipſoruꝫ motus, quo mouenꝫ mediū accipiens, ſed eius qui ſcḋm locū in quo mouenꝫ. Nam quę quidē ſm̄ nām ⁊ pręter nām mouenꝫ ſimpliciū, velut terra/ignis, hęc quidē in deorſum vigorē habēt motus qui ſm̄ naturam ⁊ qui pręter nām eſt Nam gleba ſm̄ naturam mota apud deorſum hʒ vigorē, ⁊ quę vi ſurſum proijciꝫ. Nam proijcientis deſubtus virtus recentior ad deorſum eſt, excepto ꝙ motus quidē ſm̄ naturā in fine motus eſt vigor, eius aūt qui ꝑter naturā in principio, ⁊ ignis autē ſimiliter ſurſum hʒ vigorē, ⁊ motus qui ſm̄ natureꝫ eſt, qñ ad ſurſum ferꝫ, ⁊ eius qui pręter naturā, qñ deorſum expulſus fuerit vi. Proiecta autē/ait/neq̄ꝫ ſurſuꝫ neq̄ꝫ deorſum mota, ſed ad mediū, in hoc ⁊ vigore motus habent. In quo enim mouenꝫ loca, in hoc habēt ⁊ vigorē mot⁹. Mouenꝫ aūt proiecta in intermedio ipſius ſurſuꝫ ⁊ deorſum, ſic enim ⁊ ſagitta ⁊ lanceę. Forte autē principium ⁊ mediū ⁊ finē non localiter accipit ſolū Ariſto. ſed ⁊ temporaliter ⁊ ſm̄ motū. Inſinuat aūt ⁊ ipſe minorē propoſitionē, quę dicit ꝙ circularis latio/neq̄ꝫ principiū habꝫ/neq̄ꝫ mediū/neq̄ꝫ finē. Rememorans ꝑ hoc tēpore eniꝫ ęterna, ⁊ lōgitudine cōducta, ⁊ ſine fractione, vt neq̄ꝫ ſm̄ tēpus principiū habeat, aut mediū, aut fineꝫ, neq̄ꝫ ſm̄ lationē aut diſtantiā circularis exiſtētia. Naꝫ [longitudine conductū ⁊ ſine fractione] de circulari latione dictū eſt. De ipſa enim erat proxime ſermo, propter qḋ ⁊ fęminino genere prolatū eſt, quāuis a metaphora dictuꝫ ſit magnitudinis, ⁊ quę ſunt neutri generis in genere longitudinis de quo ly [conductū] ⁊ ly [ſine fractione] ꝓprie verificanꝫ. Nam cōductū quidē q₂ peripheriale eſt ⁊ non rectum, nam rectū principiū hʒ, ⁊ mediū, ⁊ fineꝫ, eſt quoq̄ꝫ ſine fractione, q₂ ſic conductū, vt neq̄ꝫ ſit fractū, vt nō ſecus fractionē ꝓminentia aliqua facta ſit, ⁊ principiū aliquod ſit ⁊ finis, ⁊ irregularitas. Et ipſe Alexan. per hęc Ariſto. quę ego propoſui inſinuari/ait/ꝙ mediuꝫ nō intermediū eius qḋ ſurſum ⁊ deorſum dicit, ſiquidē/ait/[tēpore ęterna ⁊ longitudine conducta ⁊ ſine fractione.] Si igiꝫ circularis motus/neq̄ꝫ principiū/neq̄ꝫ mediuꝫ/neq̄ꝫ finē hʒ, qḋ autē vigorē ⁊ ſummū ſtatū hʒ principiuꝫ, aut medium, aut finē habet. Circularis ergo motus vigoreꝫ ⁊ incrementū roburq̄ꝫ non hʒ. Si igitur non habēs vigorē neq̄ꝫ intenſionē neq̄ꝫ remiſſionē habet, ſiquidē vigor ſemper, aut vltimū intenſionis, aut ꝑncipiū remiſſionis, circulatio ergo neq̄ꝫ vigorē, neq̄ꝫ intenſionē, neq̄ꝫ remiſſionē hʒ, ſed regularis motus vigorē habet, aut intenſionem, aut remiſſionē. Circulatio ergo irregularē motum non habet. Bene aūt notauit Alexan. ꝙ ex his quę Ariſto. dicit, non neceſſe omne qḋ mouenꝫ irregulariter, ⁊ in intēſione, ⁊ vigore fieri ⁊ in remiſſione, neq̄ꝫ eniꝫ quę vigorē habēt in motus principio, habebūt vtiq̄ꝫ intenſionem. Nam intenſio via eſt ad vigorē ⁊ ſummū ſtatum, ⁊ ante vigorē fit. Hęc aūt a vigore inchoāt, neq̄ꝫ iteꝝ quorum vigor apud vltimum, hęc remiſſionē ⁊ per vigoreꝫ poſſibile eſt habere. Nam remiſſio in quibus eſt, his etiā ineſt vigor apud finē. Quādo igitur Ariſtote. dicit [omnis enim irregularis latio ⁊ remiſſionē habet ⁊ intenſionē, ⁊ vigorē] non tanq̄ꝫ omnibus habētibus omnia, ſed ſingulis ſingula cōuenire dicit vniquiq̄ꝫ autē ⁊ ſi nō omnia inſunt, tamē ſemper ⁊ reliquoꝝ altera ineſt. His quidem eniꝫ quę ſm̄ natureꝫ ſunt intenſio ineſt ⁊ vigor. his aūt quę pręter naturā, vigor ⁊ remiſſio. Proiectis aūt (vt dicit) intenſio ⁊ vigor, ⁊ remiſſio. Puto autē animaduertendū eſſe ſi non ſm̄ eadē fundamenta ⁊ a motu erratici irregularitatem abneget. Nam ⁊ in hoc verū ꝙ ⁊ tēpore ęternus ſit, ⁊ longitudinē cōductus, ⁊ ſine interruptione, vt neq̄ꝫ ſm̄ tēpus neq̄ꝫ ſm̄ motum, neq̄ꝫ ſm̄ diſtantiam principiū habeat, aut medium, aut finem. Si autem non hęc, neq̄ꝫ vigorē ⁊ incrementū hʒ, ſi quidem in vno hoꝝ eſt vigor. Si aūt non vigor, neq̄ꝫ intēſionē, neq̄ꝫ remiſſionē, neq̄ꝫ irregularitatē hʒ. Ari. igiꝫ de motu cū dixiſſꝫ, ꝙ regularis ē, adiecit [dico aūt B de ꝑ cęlo, ⁊ de ꝑ⁹ latione] tāq̄ꝫ ð B ſermonē faciat, volēs ſibi ⁊ apparētia atteſtari.

¶ Adhuc quoniam omne qḋ mouetur, ab aliquo mouetur, neceſſe irregularitatē fieri mo

tus

tus, aut propter mouens, aut propter mobile, aut propter ambo. Siue enim mouens nō eadem virtute moueat, ſiue quod mouetur alteretur ⁊ non permaneat idem, ſiue ambo tranſmutentur, nihil prohibet irregulariter moueri, quod mouetur. Nihil autem horū poſſibile circa cęlum fieri. Quod quidem enim mouetur, oſtenſum eſt, ꝙ primum/ ⁊ ſimplex/ ⁊ ingenitum / ⁊ incorruptibile/ ⁊ totaliter intranſmutabile. Mouens autē multo magis rationabile eſſe tale. Quoniam igitur, quod mouetur non trāſmutatur corpus exiſtens, non vtiqꝫ mouens tranſmutabitur, incorporale exiſtens, quare ⁊ lationē impoſſibile irregularem eſſe.

Com.21. ¶ Secundum argumentum hoc oſtendit ꝙ non eſt irregularis primi cęli motus, ſupra duas dignitates concluſum. Super vnum quidem qđ dicit, ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur. Quod quidem in ſeptimo de naturali auditu, ſic ſe habere oſtenſum eſt. t.8. Super ſecūdum ħ ſequens, quod dicit, ꝙ irregularitas motus, aut propter mouens fit, quando aliud aliudqꝫ fuerit mouēs, aut idē quidem, ſed alia ⁊ alia virtute mouet. Aut propter id qđ mouetur, aliter ⁊ aliter diſpoſitum, ⁊ nō ſemper potens ſimiliter obedire mouentis virtuti. Aut propter ambo diuerſis vtentia virtutibus. Si igitur irregularis motus fit, aut eo quod mouetur, aut a mouente, aut ambobus tranſmutatis fieret. Circa cęlum autē nihil tale accidere eſt poſſibile, neqꝫ enim ipſum, neqꝫ mouens ipſū, neqꝫ ambo tranſmutari eſt poſſibile. Et concluſio eſt ꝙ circa cęlum irregularitatē fieri eſt impoſſibile. In ſecunda figura etiam hęc deductio fit. Et maior quidē propoſitio tanꝗ̄ euidens prętermiſſa eſt. Minorē autem quę dicit, ꝙ circa celū non vtiqꝫ fiet, neqꝫ cauſa eius quod mouetur, neqꝫ mouentis, neqꝫ amborum tranſmutatio, oſtendit primo in eo quod mouetur, pręoſtēſis vtens ad hoc, primum corporū eſt ſimplex ingenitum, ⁊ incorruptibile, vt oſtenſum eſt, qđ autē tale eſt ſimpliciter ⁊ perfecte intranſmutabile eſt. Deinde quod mouens cęlum ſit intranſmutabile, a maiori argumentans oſtendit. Si enim mouens eſt primum eorum quę mouentur ⁊ ſimplex, ⁊ ingenitum, ⁊ incorruptibile, ⁊ eſt quod mouetur corpus, mouens autem incorporeum. Multo magis mouens intrāſmutabile vtiqꝫ erit, ⁊ inalterabile. Oſtendit ⁊ in octauo de naturali auditu ꝙ primum mouens imobile penitus eſt. Si igit̄ vtrūqꝫ ipſoꝝ intrāſmutabile eſt. Palā ꝙ etiam ambo intranſmutabilia ſunt. Irregularis autē latio fit vtroqꝫ horū aut ambobus tranſmutatis. Impoſſibile ergo circulationē irregularē eſſe. Hoc aūt [ſiue ambo tranſmutent̄ nihil prohibet irregulariter moueri] obſcure dictum eſſe videtur. Cōtingit enī aliqñ, ꝙ ambobus trāſmutatis regularis motus fit, ſi ſm̄ analogiā tranſmutatio fiat. Propter quod [nihil prohibet] dixit. Niſi forte ⁊ ſi fiat regularis propter tranſmutationis analogiā, nō erit ſimilis talis motus ei, qui ante tranſmutationem fit, ⁊ ſic iterum neceſſe eſt fieri irregularem. Obſcure autē comparationem fecit corporis quod mouetur ad immobile ⁊ incorporeum. Corpori enim ſm̄ naturam magis tranſmutari, ꝗ̄ incorporeo, ⁊ ei quod mouetur, ꝗ̄ immobili competit. Vniuerſaliter enim corporum tales tranſmutationes ſunt. Videtur autē ⁊ aliam cauſam eius quę in motu irregularitatis omittere, ſcilicet differentiā medij per quod motus fit quę alia eſt pręter mouēs ⁊ quod mouetur. Nā intermedio quidem exiſtente ſubtiliū partium velocius fit motus per hoc, groſſiori autē, tardius. Sed continuum exiſtens ſibi ipſi cęleſte corpus, ⁊ neqꝫ extra habens aliquid, nullum habet intermedium. Et hoc etiam argumentū non ſolum in primo cęlo videtur congruum, ſed etiā in his orbibus qui dicuntur errare. Nam illorū vnuſquiſqꝫ a mouente imobili, ⁊ incorporea cauſa mouet̄, ⁊ primę naturę eſt, ⁊ ſimplicis, ingenitum ⁊ incorruptibile, ⁊ propter hoc etiā intranſmutabile, ⁊ multo magis mouentis ipſa habent hęc incorporea ⁊ immobilia exiſtentia. Si igitur ⁊ in his vtriſqꝫ intranſmutabile eſt ⁊ mouens, ⁊ qđ mouetur, impoſſibile eſt etiā hoꝝ circulationem irregularem eſſe. Et ſi videatur aliqua in his irregularitas, apparens ſolum eſt, propter qđ ⁊ aſtronomi, hypotheſes quaſdā, vt prius dixi, accipientes ſaluant apparentia circulariter ⁊ regulariter omnia cęleſtia moueri contendentes. Vide Theoricā planetarū ⁊ Almageſtū Ptolomei ſcꝫ ſuppoſitiones aſtronomoꝝ ꝑ eccentricos ⁊ epici.

¶ Etenim ſi mouetur irregulariter, aut tota tranſmutatur, ⁊ quandoqꝫ quidem fit velocior, quandoqꝫ autem tardior iterū, aut partes ipſius. Partes quidē igitur ipſius ꝙ nō ſunt irregulares manifeſtū. Iam enim vtiqꝫ facta fuiſſet diſtantia aſtrorū in infinito tp̄e, hoc quidem velocius moto, ħ autem tardius. Non videtur autē nihil aliter habens elongationibus. Sed etiam neqꝫ totam, accidit tranſmutari. Remiſſio enī vniuſcuiuſqꝫ fit propter impotentiam. Impotentia autē pręter naturā. Etenim in animalibus impotentię omnes pręter naturam ſunt, puta ſenectus ⁊ decrementum. Tota enim conſiſtentia animalium forte ex talibus cōſtat quę differunt proprijs locis. Nulla enim partiū habet eam quę ipſius regionē. Si igitur in primis non eſt quod pręter naturam, ſimplicia enim, ⁊ immixta, ⁊ in propria regione, ⁊ nihil ipſis contrarium, neqꝫ vtiqꝫ impotentia erit. Quare neqꝫ remiſſio, neqꝫ intenſio. Si enim intenſio, ⁊ remiſſio.

¶ In ſecundo argumento oſtendentium ꝙ regularis eſt motus cęli, ſumens ꝙ omne quod mouetur ab aliquo mouetur, ⁊ ꝙ ſi irregularis in cęlo motus eſt, aut ꝑpter id quod mouetur vtiqꝫ eſſet, aut ꝑpter mouens, aut propter ambo, ⁊ oſtenſio breuiter habita eſt, ꝙ neqꝫ ꝑpter id quod mouetur poſſibile eſt irregularitatē eſſe in cęli motu, neqꝫ multo magis propter mouēs. In his pertiēs illud argumentum, per alias conceptiones ⁊ dignitates, ſcđm tertium quidem oſtendit ꝙ ꝑpter id quod mouetur, non vtiqꝫ fiet irregularis cęli motus, ſcđm id autem quod deinceps ꝙ neqꝫ propter mouens. Et ꝙ quidem non propter id quod mouetur, oſtendit ſic. Si enim fit/ aut totus motus, hoc eſt, totius corporis tranſmutatur, ⁊ quandoqꝫ quidem fit velocior, quandoqꝫ autem tardior iterum, aut partes motus tranſmutantur. Partes autem motus dicit partium cęli motus, ſicut ⁊ totum motum eum qui totius eſt. Si igitur oſtenſum fuerit, neqꝫ totum neqꝫ partes variare motum, vt quandoqꝫ quidē in- Com.22.

tendatur quandoq; autem remittatur, profecto non irregulariter mouebitur. Et primo quidem ꝙ in partibus non erit irregularitas, oſtendit ex apparentibus. Nã in tot annorum millenarijs ex quo memoria poſitionis cęleſtium ſaluata eſt, neq; ſimul videtur variatio facta habitudinis aſtrorum adinuicem, neq; differẽtia diſtantię ipſorum, vt nunc figurationum deſcriptiones declarant nihil ad antiquas variate, conſtat ꝙ nulla facta eſt irregularitas motus partium adinuicem, vt alie quidem citius moueantur, alie autem tardius. Semper enĩ in proceſſu ſeruauerunt ⁊ diſtantias ⁊ figuras adinuicem. Si.n. ſimul omnia velocius, aut ſimul omnia tardius mouerẽtur, non eſſet partium talis irregularitas, ſed totius, de qua ꝙ etiam hęc ſit impoſſibilis, oſtendit ſic. Irregularitas motus ſm intenſionem fit ⁊ remiſſionem. Remiſſio vbiq; propter impotentiaꝫ accidit non potente propria virtute ſufficere ad conſeruandam ſimilem ⁊ regularem ſemper operationem. Omnis autẽ impotentia pręter naturam eſt. Et huius quidem teſtimonium hoc ꝙ in animalibus impotentia ⁊ languor pręter naturam ſunt, ceu ſenectutem videmus ⁊ ęgritudines. Adiecit etiaꝫ cauſaꝫ imbecillitatis impotentięq; in animalibus, videlicet, ⁊ plantis. Conſiſtentia enim/ait/ipſorum ex corporibus eſt, quę neq; ſm naturam ſe habent perfecte. Eſt enĩ ex quattuor elementis, quorum aliud alterius ſm naturam locus eſt, ⁊ non idem omnium in quo animalia ⁊ plantę ſunt. Nulla enim in his partium, aut elementorum locuꝫ ſincere obtinet. Neq; enĩ in terra proprie ſunt hęc, neq; in aqua, neq; in aere puro, aut igne, ſed in loco qui circa terram habente commixturam elementorum. Et in ipſis etiam animalium partibus, ⁊ terra ſurſum, ⁊ ignis deorſum coniecta ſunt, propter quod pręter naturam diſpoſita laborant, ⁊ impotentię cauſa compoſitio a ſeipſis fit, ⁊ vt componantur ⁊ iaceant pręter naturam. Et non fruſtra nunc cauſam impotentię, ⁊ eius quod pręter naturã appoſuit, ſed vt oſtendat ꝙ diuinuꝫ corpus ſimplex exiſtens ⁊ non ex contrarijs conſiſtens, ſed in ſuo loco ſemper collocatum, neq; pręter naturam fit aliquando, neq; impotens fit, neq; intenſionem ⁊ remiſſioneꝫ ſuſtinet, neq; irregulariter mouetur. Et vt ſummatiꝫ eſt dicere diuinum corpus pręter naturam non diſponitur, quod irregulariter motum pręter naturam diſponatur. Diuinũ ergo corpus irregulariter non mouetur. In ſecunda figura deductio. Quoniam autem irregularitas remiſſionis eſt cauſa proxime propter hoc cum dixiſſet [ neq; vtiq; impotentia erit ]adiecit[ quare neq; remiſſio. ] Quoniaꝫ autem remiſſio poſt intenſionem eſt, non eam quę regularitatis eſt intenſionem, ſed eam quę ad remiſſioneꝫ dicitur, adiecit[ neq; intenſio. ] Si enĩ intenſio ⁊ remiſſio, adinuicẽ enim ſunt ⁊ dicuntur hęc, ſicut magis ⁊ minus, ⁊ maius ⁊ minus. ℭ Dubitat auteꝫ Alexander quomodo in quibus ſm principium eſt vigor, ⁊ poſt vigoreꝫ ⁊ ſtatum remiſſio, vt in his quę pręter naturam mouentur dictum eſt, poſt intenſionem remiſſio eſt, intenſione ibi tota totaliter non exiſtente: Et ſoluit dubitationem dicens forte non penes partem hęc fieri/ait/ex neceſſitate, ſed concurrere inuicem. Nam qđ remittitur ſm intenſionem quę eſt in ipſo remittitur. Si enim non ineſſet intenſio ipſi, neq; vtiq; remitti poſſet. Similiter ⁊ quod intenditur, intenditur inquantum remiſſione participat, tanquã ſi nihil eſſet remiſſum in ipſo neq; vtiq; intenſionẽ caperet. Et dicit bene, ſi intenſio quidem quod deinceps eſt velocius habet ꝗ̃ pręcedens. Remiſſio autem ęcontrario. Poſſibile aũt forte ⁊ hoc dicere ꝙ in quibus poſt ſummum vigorem eſt remiſſio, vt ad intenſum vigorem remiſſio dicitur. Et in quibus ante vigorem ſummũ eſt intenſio, vt in his quę ſm naturam, ad remiſſam in principio diſpoſitionem ad vigorem procedens intendi dicitur. Forte autem/ait/Alexander ⁊ quę ſm electionem facte remiſſiones eandem cauſam, ſcilicet impotentiam habent. Timore enĩ ne conſumatur virtus, remiſſione vtimur, noſq; relaxamus.

**ℭ Adhuc autem ⁊ irrationabile, infinito tempore impotens eſſe mouẽs, ⁊ rurſus alio infinito potens. Nihil enĩ videtur exiſtens infinito tempore pręter naturam. Impotentia autem pręter naturam. Neq; ęquali tempore pręter naturam ⁊ ſm naturam. Neq; totaliter potens ⁊ impotens. Neceſſe autem ſi remittitur motus, infinito remitti tempore.**

ℭ Oſtenſo ex eo quod mouetur ꝙ non eſt poſſibile irregulariter moueri cęlum, nunc a mouente facit argumentationem ex diuiſione tali ipſam deducens, vt videtur. Com.27. Si irregulariter mouetur cęluꝫ, aut infinito tẽpore remittitur ipſi motus, ⁊ infinito intenditur, aut ſolum remittitur in infinitum, aut ſolum intenditur in infinitum, aut ſm aliquas circuitus viciſſim nunc quidem remittitur, nunc autem intenditur. Et primum quidem oſtendit ſic ſecundã forma hypotheticoruꝫ. Si infinito tempore cęli motus remittitur, ⁊ infinito intenditur, quoniam remitti ⁊ intendi ipſum propter impotentiam ⁊ potentiaꝫ mouentis fit, infinito tempore quod mouet, impotentiã habebit ⁊ infinito tempore potentiam. Si igitur impotentia pręter naturam eſt, infinito vtiq; tempore, quod mouet pręter naturam ſe habebit. At ꝟo hoc impoſſibile, nihil enim videtur eſſe infinito tẽpore pręter naturam, ſiquidem euerſio ⁊ pręter exiſtentia eius quod ſm naturam eſt, id quod pręter naturam eſt. Impoſſibile ergo ⁊ antecedens eſt, ad quod hoc ſequebatur. Erat auteꝫ hoc, ſcilicet infinito tempore motuꝫ cęli remitti, ⁊ infinito intendi. Et aliaꝫ autem ex eiſdem fundamentis concluſionem deducit. Si enim infinito tempore potens, hoc eſt ſm naturaꝫ, ⁊ infinito tempore impotens, hoc eſt pręter naturam, ęquali vtiq; tempore pręter naturam erit, ⁊ ſm naturam, quod eſt dicere impotens ⁊ potens. Hoc autẽ inconueniens, ſcilicet ęqualis temporis eſſe pręter naturam cum eo quod ſm naturam eſt, ⁊ impotens cum potente: ſi principale quidem eſt ſm naturam, ⁊ quod poſſibile, defectus autem horum eſt pręter naturam, ⁊ qđ impoſſibile. Quare inconueniens iteꝝ ⁊ impoſſibile vtiq; erit quod antecedens hoc aſſecutum eſt, ſcilicet infinito tempore remitti cęli motuꝫ, ⁊ infinito intendi. Dicit autem Alexander, ꝙ viſus infinito tempore intendi, ⁊ infinito remitti, non oſtendit hic, ſed illud quidem intenſionis ⁊ perfectum prętermiſit. De remiſſione autem tãtuꝫ intulit. Neceſſe autem ſi remittitur motus, infinito remitti tempore. Si enim principium eſt quod hoc motu, ſcilicet impotens ęternaliter mouet, quid huius impotentiã inhibebit: quare ſi ſemper mouet ſm impotentiam, ſemper remittitur. Hoc autem ſcilicet ꝙ ⁊ intenſio in infinitum erit, vt manifeſtum prętermiſit. Palam enĩ ꝙ ſi impotentia in infinitum pręter naturam exiſtens, ⁊ potentia ſm naturam exiſtens adhuc magis in infinitum erit. Non enim opꝫ ſm naturam eſſe minus eo, quod pręter eſt, immo neq; ex equo. Et hęc cum dixiſſet Alexan. notat bene, ꝙ non ꝑpoſitio nunc Ariſto. ꝙ ſi irregulariter mouetᷣ remiſſum ⁊ intẽſum in infinitũ remitteᷣ, ⁊ in infinituꝫ intendeᷣ. Sed qꝛ ꝑponẽs oſtendere regularem cęli

motum

motum omnes interimit irregularitatis modos, ex diuiſione ipſos ſumens quã prius expoſui. Obſcurior autem mihi eſt eo litera, ꝙ ex diuiſione eſſet accepta oſtenſio, etiam ipſe Aphrodiſeus Alexãder huic mentem adhibuit. Nam predictam expoſitionẽ. ſ. ꝙ neceſſaria eſt in infinitum remiſſio, qꝛ non eſt qđ reparet virtutẽ primi mouentis, & reficiat impotentiam, vt Alexander ait, ſe ab Hermino audiuiſſe, ſicut erat etiã in dictis Aſpaſij ſcriptum. Si eſt remiſſio circa diuinum corpus, aut intenſio ante remiſſionẽ, in infinitum erat hęc. Propter quid enim vtiqꝫ id temporis erat, & non ante infinito motu exiſtẽte? Cuius non erat poſſibile conſentaneam dicere cauſam. At vero ſi & remiſſio eſt in infinitum, iterum eſt hęc queſtio, que enim cauſa eſt quę hanc remiſſionem reſtituat, & ꝓpter quid hucuſqꝫ remittatur? nõ eſt poſſibile cauſam aſſignare in infinitum moto corpore, quare in infinitum & remiſſio eſt. Intẽſionis quidem enim remiſſio, infinitę autem intenſionis, infinita vtiqꝫ remiſſio. Propter quid enim partis intenſionis remiſſio erit, ſed non omnis? At vero remiſſio ſm impotentiam eſt, & hęc eſt ꝑter naturam, quod autem pręter naturam eſt, non eſt poſſibile ęquale eſſe ei quod ſm naturam. Via enim ad corruptionem eſt ipſum pręter naturam, quare non vtiqꝫ erit remiſſio. ſi autem non remiſſio, neqꝫ intenſio. Hęc quidem igitur dicta Hermini ſunt ſm Aſpaſium, & palam, ꝙ non, vt ſm neceſſitatem diuiſionis aſſumptũ in infinitum remitti & in infinitum intendi intellexerunt, ſed vt ex neceſſitate, ſi eſt irregularis motus remiſſione & intenſione exiſtente. Et hoc quidem palam, ſed qđ etiam vt infinite ſemper fuit remiſſio, ſcilicet & intenſio ab Ariſtotele redarguta ſunt. Quod autẽ non ſic acceptum ſit, manifeſtant conſequẽter partes diuiſionis, vbi ait. At vero neqꝫ intẽdi ſemper, aut iterum remitti poſſibile. Et iterũ relinquitur itaqꝫ dicere viciſſim ineſſe motui velocius, & tardius. In his enim & alię partes diuiſionis approbantur, quę ſupponunt non infinitam intenſionem & remiſſionem, ſed aut ſemper intenſionem, aut ſemper remiſſionem, aut viciſſim. hoc eſt autem dignum inquirere, ꝓpter quid appoſuit Ariſto. [neceſſe autem ſi remittitur motus, infinito remitti tempore.] Hoc enim. ſ. neceſſarias & priores cõpoſitiones fecit, non tanquam ex diuiſione poſitam intelligere, ſed cauſam neceſſitatis inquirere. Alexander autem Aphrodiſeus notans hoc, oportet/ait/cointelligere cum dicto hoc. ſ. poſt intenſionem infinitam. Si enim poſt ad infinitũ tempus intenſionem, remittenetur motus, & non ſolum intenſio eſt, ſed & remiſſio, infinito remittetur tempore. Hoc autem erat quidem & aliter ſuppoſitum, non ſolum/ſed & neceſſarię ſequẽs ipſum oſtẽdit, ꝑſcripta ad infinitum intẽſionẽ. Si enim remiſſio ꝓpter impotentiã mouentis eſt, incipiens fieri, cęterum in infinitum erit. Quid enim eſt reſtituens impotentiã mouentis, ęterno motu exiſtente, & intenſa ſemper remiſſione? Et ꝓpter hoc igitur in infinitum remiſſio erit. Et ꝓpterea ꝙ infinitę intẽſionis, infinita remiſſio, ſic autem ęquali tempore erit qđ pręter naturam, cum eo quod ſm naturã eſt, quod quidem eſt incõueniens. Forte autẽ non neceſſe eſt, cointelligere ly [poſt infinitam intenſionẽ.] Nam Ariſto. ex diuiſione demẽs, tollenſqꝫ irregularitatis modos & ſe ponens hunc dicentem, tempore infinito intendi, & alio iterum infinito tempore remitti, & arguens ipſum dupliciter. ſ. ex eo, ꝙ nihil infinito tempore pręter naturã eſt, & ex eo, ꝙ nihil ęquali tẽpore pręter naturam, & ſm naturam eſt, non ſuſt, ꝙ dicenti remitti totaliter cęli motum, non ſm ſuppoſitionẽ ſolũ aſſequitur dicere, infinito tẽpe remitti, ſed & ex neceſſitate ſequitur, ęterno motu ſuppoſito, ꝑ nihil eſſe, qđ reſtituat primi mouẽtis impotẽtiã, cum ſit ſupra oĩa, ſed nõ qꝛ infinita intẽſio impedit remiſſionẽ. Hoc enim & ſi verũ ſit, non videtur nunc tanquam neceſſarium, ſed vt ex ſuppoſitione ſumpſit, remiſſioni ſolum attẽdens, ꝙ neceſſe ſi remittitur totaliter motus, infinito remitti tempore.

At vero neqꝫ intendi ſemper aut iterum remitti poſſibile. Infinitus enim vtiqꝫ erit & indeterminatus motus. Omne autem dicimus ex aliquo in aliquid eſſe, & determinatum.

Oſtẽſo ꝙ ſupponẽti ſic irregularẽ cęli motũ, vt infinita ſit remiſſio, & infinita intẽſio duo incõuenientia accidũt, ſ. ęternũ dicere qđ ꝑter naturam eſt, & ęqualis tẽporis eſſe qđ ꝑter naturã, cum eo, qđ ſm naturã. Nunc autẽ ſm mẽbrum diuiſionis apponit, qđ dicit irregularẽ fieri motũ, eo ꝙ alterũ ad infinitum in ipſo fit, aut vt ſemper intendatur, aut ſemper remittatur. Et oſtendit & hoc impoſſibile eſſe ſic. Omnis motus ex aliquo in aliqđ fit, & determinatus eſt ꝑ vnde, & quo, ſed qđ ſemꝑ intenditur, aut ſemꝑ remittitur, non eſt determinatũ, neqꝫ hꝫ id vñ, & quo, nullus ergo motus ſemꝑ intẽditur, aut ſemꝑ remittitur. Qꝛ autem id qđ ſemꝑ intẽditur, aut ſemꝑ remittitur, indeterminatum ſit, & nõ habeat & quo, manifeſtũ eſt hinc. Intenſio his q̄ ſm naturã mouentur, fit ſm approximare ſemꝑ ei ad qđ fertur, ei autẽ qđ ad infinitũ intẽditur, nunquam accidit approximari ei, ad qđ ducitur, ſemꝑ enim id ad qđ in etiam ſm motũ fertur, aliud erit ab eo, qđ ante ipſum eſt, & eo qđ ad infinitũ hoc patitur, in infinitum trãſibit, quare non habebit id, id qđ, neqꝫ ly vnde quo, neqꝫ determinatus erit ſemper intenſus motus. In infinito quidem enim poſſibile eſt aliquid moueri in eodem motu, eo ꝙ iterũ & iterũ mouetur ſui ipſius motu, vt in circulari latione dicimus, non tñ ad infinitũ intẽdi. Nõ enim idẽ motus adhuc erit, ſed qui ꝑſens, ab eo qui ante ipſum alterqꝫ & diſſimilis, ſemꝑ cũ appoſitione factus, & ſi eſſet aliqđ circulare ſic intenſum, aut aliquod vniuerſaliter circulum, feſtinaret cõpleri, aut ad finẽ ſm motũ velocitatis ꝑuenire, quorum neutrũ accidit ei, qđ ad infinitũ cũ intẽſione mouetur. Eadẽ autem ratio & in ea, quę ad infinitũ eſt remiſſione, neqꝫ enim in his eſt [quo] & id, ad qđ motus, ſiquidem prope ſemper ei ad qđ vigor velocitatis eſt, quę autẽ ſemper remittuntur, ſemꝑ longius a vigore ſummo, & ab eo, ad qđ fiunt. Si igitur ois quidem motus qui ſm naturam eſt, vnde quo habet, & nullum eorum quę in infinitũ remittuntur, vnde quo habet, nullus ergo motus in infinitum remiſſus eſt. Eadem autem exiſtente deductione rationum in ea, quę ad infinitum intenſione, & in eã quę ad infinitum remiſſione, vnam pro ambabus poſuit Ariſtote.

Adhuc ſi quis accipiat eẽ aliquod tempus minimum, cuius non ſit in minori moueri cęlum. Sicut enim neqꝫ cytharizare, neqꝫ ire in quocunqꝫ tempore poſſibile, ſed eſt vniuſcuiuſqꝫ actus determinatum minimũ tempus, ad nõ excedere, ſic neqꝫ moueri cęlum in quocunqꝫ tempore poſſibile. Si igitur hoc manifeſtum, non vtiqꝫ erit ſemper intenſio lationis. Si autẽ non intenſio, neqꝫ remiſſio, ſimiliter enim ambo, & alterum. Si quidem eadem intenditur velocitate, aut maiori, & infinito tempore.

Aliud hic argumentum eiuſdem cum multa euidẽtia probatiuum huius ꝙ non poſſit ſic irregularis eſſe mo, Com. 25.

tus celi, vt ſemper intendatur, aut ſemper remittat. Sed prius accipit axioma, eſſe aliquod tempus minimū, quo non contingit in minori moueri celum. Et hoc ex inductione perſuadet, ſcilicet omnis actionis, & omnis eius, quod mouetur eſſe aliquod tempus minimum, quo nō eſt poſſibile in minori moueri motu ſuo, puta ſtadium percurrere, aut cantilenam aliquam cithare ſonare, vel cantare. Si autē hoc & celi circulationis eius, que ab eodem in idem, erit vtiq; aliquod tempus minimum, quo in minori non eſt poſſibile circūferri. Vniuerſaliter quidem enim non eſt tempus minimum, ꝓpterea ꝙ continua omnia in infinitum ſunt diuiſibilia, ad aliquid autē & aliquorum, eſt aliqd̄ minimum tempus ſicut & motuū. Hoc igitur ſic ſe habente, ſi quod intenditur, in minori tempore, per eandē diſtantiam mouetur, ſi aliquid ſemper intēditur, ſemper faciet hoc ſm̄ proportionem intenſionis ſemper variato tempore. Si autē hoc erit & minimo tēpore in quo mouetur, minimū aliquando in quo & idem mouebit. Quod quidē eſt impoſſibile, impoſſibile ergo & id ex quo, hoc ſequebat. Hoc autem erat, ſemꝑ intendi quod mouetur. Oſtenſo aūt ſic, ꝙ non eſt intenſio neq; remiſſio in infinitum, inducit, ꝙ ſi non intenſio eſt, neq; remiſſio, vt enim vtiq; alterū ex ipſis habet, ſic habent & ambo, propterea ꝙ adinuicē dicuntur, & ſunt, vt magis & minus. Nam remiſſio infinita intenſionis infinite, & intenſio remiſſionis. Non enī aliud aliquid remittitur, q̄ qd̄ intenditur, & ad quantū intenſum fuit, in tantū remittitur. Quare ſi oſtenſum eſt, intenſionē non eſſe infinitam, oſtenſum eſt neq; remiſſionē in infinitū eſſe. Quoniam aūt intenſio quidem ſm̄ appoſitionē fit, remiſſio autem ſm̄ ablationem, non omnis autē appoſitio intenſionem ſimpliciter facit, vt & remiſſionē habeat. Poſtq̄ dixit ꝙ ſimiliter ambo & alterū, inducit quomodo ſe habente appoſitione fit intenſio, ad quā neceſſe remiſſionem aſſignari, & in qua verū, ſimiliter ambo & alterū. Verū enim eſt ſi aduenientes appoſitiones ei quod dicitur intendi, aut equales inuicem ſunt, aut maior que ſequit̄ precedentem, tunc enim proprie & ſolum intenſio eſt. Si autem appoſitiones ad minus procedant, vt nunc quidem ſi forte decem digitoꝝ velocitas apponatur, iterum autē nouem, & cōſequenter ſic, primo quidē non eſt talis ſolū intenſio, ſed & remiſſio, ꝓpter qd̄ neq; alia aliqua eſt huius remiſſio. Deinde neq; in infinitum tēpus hanc fieri poſſibile, cōſumetur enim qd̄ apponitur ſemꝑ minus factum. Propter hoc igitur cū dixiſſet, ſimiliter enim ambo & alteꝝ adiecit ſiquidē eadem intenditur velocitate, aut maiori, & infinito tēpore. Remiſſio vero ſiue equalia inuicem ſint, que auferuntur, ſiue hoc quidē magis, hoc autem minus, remiſſio manet. Tunc autem remiſſio proportionaliter ſe habet intenſioni, quando ſunt ablationes proportionales appoſitionibus.

Relinquitur itaq; dicere, viciſſim eſſe motum ad velocius & tardius. Hoc autem penitus irrationabile & fictioni ſimile, adhuc autem non latere, in his rationabilius, facilius enim ſenſibilia. Senſibiliora enim que ſecus inuicem poſita.

Com.26. Hoc in veritate iam eſt vltimū diuiſionis membrum, quod dicit irregularem fieri motum, eo ꝙ viciſſim ipſi inſit velocius & tardius. Arguit autē & ad hoc magis ſuppoſitum, eo ꝙ non habet conſentaneā cauſā dicere cur hodie quidem ſi forte velocius, cras autē tardius mouetur celum, ꝓpterea ꝙ que in rationibus fictiones que dicunt qd̄ non eſt non habent dicere cauſam conſentaneā dicti. Secūdam autē argumentationē inducit ratione, eo ꝙ non vtiq; deprehenditur hoc factum. Nam diuerſa & diſſimilia & contraria, ſecus inuicem poſita facile conſpicabilem habent diſcretionem, ſiue ſenſibilia, ſiue mobilia exiſtant.

Quod quidem igitur vnū & ſolū eſt celum, & iſtud ingenitum & ſempiternum, adhuc autem motum regulariter in tantum nobis dictum ſit.

Conclusionem hanc cōmunem inducit eorum, que in primo libro, & eorum, que in hoc de celo dicta ſunt. Oſtenſum eſt enim de ipſo ꝙ ſimplex & ſimplici motu circulari moueat̄, & hoc regulari, & ꝙ vnum ſolum, non ꝙ vna ſphera, nouit enim erraticum, & erratici in plura diſtinctionem: ſed ꝙ vnum, qd̄ octo ſpherarū vnius mundi, & non plures celi, ſic vt plures mundos impleant. Et ꝙ ſic ingenitū eſt, non tanq̄ ſine cauſa, ſed tanquā eternū, & non in parte tpis genitum, neq; prius quidem exiſtēs, poſterius autem non ſit. Merito autē nunc hanc compoſuit concluſionem, quādo quidē ea, que de celeſti corpore complens, ad aſtrorum conſiderationem transferre vellit ſermonem. Com.27.

De vocatis autem aſtris conſequens vtiq; erit dicere, ex quibus conſtant & in quibus figuris, & qui motus eorū. Rationabiliſſimū itaq; & dictis a nobis conſequens, vnūquodq; aſtrorum facere ex eodē corpore in quo exiſtit lationem habens, quoniā dicebamus aliquid eſſe, quod circumferri natū eſt. Sicut enim ignea dicentes eſſe, propter hoc dicunt tanquā rationabile exiſtens, vnūquodq; conſtare ex his in quibus vnumquodq; eſt, ſimiliter & nos dicimus.

Septimū quidē hoc capitulū eſt eoꝝ, que in hoc libro querunt̄. Poſt aūt totarū ſpheraꝝ contēplationē, & poſt connaturales partes ipſaꝝ, que ſm̄ locales habitudines in ipſis conſiderantur .ſ. dextrū & ſiniſtrū, & ſurſum & deorſum, & anterius & poſterius, & que de motu ipſorum diuerſa problemata ad conſiderationē contētorū in ipſis aſtrorum, tranſit nunc quidem conſecutiue de omnibus aſtris proponens inquirere, quā ſubſtantiam habeant, & figuram qualē, & ſm̄ quem modū motus moueant̄. Poſterius autē dubitabit aliquid & de differentia erraticorū ad fixa. Dicit igitur primo de ſubſtātia ipſoꝝ, ꝙ eiuſdem ſubſtantie ſunt aſtra, & eiuſdē corporis cū ſpheris, in quibus contenta circūferūtur. Conſequēs aūt hoc ipſum ait eſſe dictis, propterea ꝙ a ſimplicibus & duobus motibus, eo qui ſuper rectū & circularem duo ſm̄ genus ſupponebant̄ prima corpora, hoc quidē circulariter mobile, celeſte eſſe, hoc autē recti motus qd̄ ſub luna. Aſtra igit̄ in celo exiſtentia, & celeſti motu mota, celeſtis vtiq; erūt ſub. Si aūt differens videat̄ aſtroꝝ corpus ꝑter celeſte, nō neceſſe ꝓp hoc differentē ſubſtantiā hic ipſa. Et ꝑſuadet̄ hoc ab his, qui dixerunt aſtra ignea ſm̄ phātaſiam, ꝓpterea ꝙ & celū igneū totum exiſtimabant, forte autē & celum igneū ab aſtris eſtimabant, qui ſic ſuſpicabant̄. Diuinus aūt Plato totum mundū ex quatuor elemētis cōſiſtere dicēs, ꝓp cauſas prius dictas, celū ex ſūmitatib⁹ elementoꝝ conſiſtere vult. Et ſicut in corporibus hic, ex quatuor elemētis & ipſis cōſiſtentibus, extremis autē exiſtentibus Com.28.

ſtentibus pdominatur elementum extremum, ſcilicet qđ terreum, ita ⁊ diuinis corporibus ex ſummitatibus conſiſtentibus prędominatur primi elementorum ſummitas, ſcilicet ignis. Scribit igitur in Timęo. Diuini quidē igitur plurimam ſpeciem ex igne condidit, vt q̃ fulgentiſſimum vbiq̃, ⁊ pulcherrimam eſſet. Dubitat bene Alexander, quomodo ſimplici exiſtente quinta dicta ſubſtantia circulariter mobilis corporis, tanta apparet differentia corporis aſtrorum ad cęleſte. Si autem differunt totaliter ſpiſſitudinibus / aut raritatibus / aut ſm colores / aut ſm quaſdam alias tales ſpecies, quomodo ſimplicis dicuntur, aut quomodo impaſſibilia, ſiquidem paſſiones ſm has fiunt differentias, ⁊ ſunt differentię paſſionum. Et dicit ꝙ nullum inconueniens eſt, ſicut ei prius dictum eſt eſſe tales differentias in cęleſti corpore ⁊ qualitates non per paſſionem ingenitas ipſi, ſed inexiſtentes. Impaſſibilia enim non ſimpliciter ſunt, ſed omnis mortalis difficultatis. Hoc autē ipſis ineſt eo ꝙ ſubſtantię ipſorum, ⁊ ſpeciei ſm qđ eſt, nullum contrarium exiſtat, in qđ poſſint tranſmutata corrumpi. Accidere vero ipſis aliquam cõtrarietatem habere ad aliqua nihil cõmunicantia cum ſubſtantia ipſorum, nullum inconueniens eſt. Nam in corruptibilibus ⁊ generabilibus corporibus ſunt aliqua, quibus eſt contrarietas, vt niui album ⁊ frigidum. Nam quãdiu nix fuerit, inſeparabile ab ipſa album erit, ⁊ nõ propterea ꝙ eſt contrarium ipſi, propter hoc tranſmutatur nix ſm colorem. Nam ſimplicia ſunt, vt corpora, quorum nullum ſimpliciter ſimplex, ſiquidem ex ſubiecto ⁊ forma conſtat. Hęc Alexander dicendo ſuis verbis exiſtere quidem quaſdam contrarias qualitates habentes adinuicē contrariationē ſm colorem, ⁊ ſm magnitudinem, forte etiã ſm figuram concedit. Nam ⁊ rectilineę figurę ſunt in cęleſtibus figurationibus, vt triangularis, ⁊ peripherialis, vt corona. Exiſtere quidem igit̃ has cõtrarietates ibi ſine aliq̃ difficultate, ⁊ corruptiua paſſione acceptaret vtiq̃ aliquis Alexandrum. Dicere vero, quãuis ſit contrarium albo ⁊ frigido in niue, non propter hoc trãſmutatur nix ſm colorem ⁊ qualitatem cõſideratione dignum mihi videtur. Siquidem enim hoc dicit, ꝙ manēs nix non vtiq̃ tranſmutabitur ſm hęc, dicet quidem vere, nihil tamen (vt eſtimo) ad propoſitum. Neq̃ enim aliud aliquod manens quod eſt, tranſmutatur, ſed ſubiectum alias ex alijs tranſumens differentias tranſmutari dicitur, ſi autem non tranſmutatur vniuerſaliter ꝓpter contrarietatem, quomodo verus eſt ſermo, ſi vſq̃ nũc perſeuerauimus dicentes ꝙ in contrarijs ſunt generationes ⁊ corruptiones, quia ⁊ quę generantur ex cõtrarijs generãtur, ⁊ quę corrumpuntur in contrarijs corrũpuntur? Nam ⁊ nix exiſtens nubes congelata quę iam quidem tranſmutatur in aquam, ⁊ multum adhuc aereum habēs, ⁊ velut ſpumoſum, ⁊ ꝓpter hoc dealbatum, quoniã a frigore in talem ſpeciem concreta eſt, quãdo calor approximauerit, diſgregatur iterum in illa ex quibus cõſtitit, ⁊ hoc quidē aereum fit calefactum, a quo ſimul remittitur albedo, hoc autē fit aqua fuſum, ⁊ niſi frigiditati caliditas, ⁊ congelationi ⁊ concretioni fuſio ⁊ diſgregatio contrarię eſſent, nunquã vtiq̃ nix diſſolueretur. Forte igitur illud verum eſt, ꝙ quę quidē generantur ⁊ corrũpuntur in contrarijs ſubſiſtunt, ⁊ vbi non eſt cõtrarietas, ibi generationē aut corruptionem impoſſibile eſt eſſe. Non autem ⁊ illud adhuc verum eſt, ꝙ vbicũq̃ cõtrariatio ſit, generationem ⁊ corruptionē eſt neceſſe exiſtere, ſed in illis ſolis cõtrarijs hoc verum eſt quęcũq̃ in eodem ſubiecto, nata ſunt fieri, ⁊ coexiſtere inuicem non poſſunt. Hęc enim inter ſe cõtrarię agendo ⁊ pro ſuo eſſe ⁊ abeſſe pugnãdo ſe corrumpere inuicem nata ſunt. Quę autē in ſcientia contrariorũ rationes albi ⁊ nigri, calidi ⁊ frigidi, velut diſtantes in indiſtanti exiſtentes poſſunt coexiſtere inuicem, immo ⁊ ſubſiſtunt. Sed neq̃ in ſcientia album ad id qđ in materia eſt nigrum oppugnat, neq̃ corrumpunt ſeinuicem, neq̃ generantur ex inuicem, quia non ſunt nata in eodem fieri ſubiecto. Sic igitur etiã in cęlo ſpiſſum, ſi forte ⁊ hic rarum ſit, neq̃ oppugnant adinuicem, neq̃ trãſmutantur in inuicem, quia non ſunt nata fieri in eodem ſubiecto, cum ſint alterius naturę exiſtentia. Sed neq̃ in cęlo ſpiſſum ad id quod ibi rarum oppugnat, neq̃ ſtatio ad motum, quia ⁊ ſubiecta differentia ſm naturam ſunt. verbi gratia, poli ⁊ ęquinoctialis circulus. hi quidē ad ſtationem apti nati ſunt, hic autem ad motum. Et ſol ſit forte ⁊ aſtra quę videntur ſpiſſa. Colorũ autem corpora non tranſmutantur adinuicē ꝓpter ſubiecti naturam ad vnam ⁊ eandem ſpeciem ſemper apti nati, ⁊ propter ſpeciei intranſmutabilem ſubſtantiam ab immobili cauſa proxime genitam. ⁊ hęc non differunt ab eis quę ab Ariſtote. in primo libro oſtenſa ſunt, de hoc ꝙ ingenerabile ⁊ incorruptibile eſt cęlum. Dicit enim ibi fieri quidē omne quod fit ex contrario ⁊ ſubiecto aliquo, ⁊ corrumpi eodem modo, ſubiectoq̃ aliquo, ⁊ a contrario ⁊ in cõtrarium, ſicut dictum eſt in primis ſermonibus. ⁊ hęc ſupponens ex his quę in primo libro de naturali auditu oſtēſa fuerunt vna oſtendit iam ꝙ cęleſti corpori nullum eſt contrarium, in quod vtiq̃ tranſmutaretur eodem ſubiecto manente: Eſſet enim vtiq̃, ⁊ ei qui nunc motui contrarius motus, quo ſm naturam vtiq̃ moueretur, illud ex quo ⁊ in quod tranſmutaretur. Oſtenſo igitur ꝙ circulari motui, quo mouetur cęlum, non eſt cõtrarius motus, concluſit ꝙ neq̃ cęleſti corpori, eſt corpus contrarium, ex quo vtiq̃ ⁊ in quod tranſmutaretur. Quare per omnia conſtat, ꝙ generatio quidem ⁊ corruptio in contrarijs eſt ſemper ⁊ vbi quidē non ſunt contraria, nõ eſt generatio neq̃ corruptio. Non autem vbi cõtraria ſunt, ibi neceſſe ſemper generationem eſſe ⁊ corruptionē, niſi ſubiectum aliquod ſit contrarijs commune, ⁊ diſtentum hoc ⁊ partibile, vt coexiſtere inuicem in ipſo contraria non poſſint. Sed adhuc mihi videtur Alexandri dubitatio manere, quãuis enim ingenerabilia ⁊ incorruptibilia non prohibeantur eſſe aſtra contrarias qualitates habētia, ſed eiuſdem ſubſtantię eſſe cum cęleſtibus corporibus in quibus feruntur, quomodo verum videbitur, tãta exiſtente differentia in coloribus ⁊ conſiſtentijs. Et perſpicuũ eſt ꝙ etiam in virtutibus ⁊ operationibus. Forte igitur Ariſtote. ipſe hanc ſoluit dubitationem, cum dixit [quoniam dicebamus aliquid eſſe qđ circulo ferri natũ eſt] ſicut enim quę ſub luna ſimplicia corpora, quę recti motus genus quidē habent cõmune ſm ꝙ recti motus, generabiliaq̃ ⁊ corruptibilia ſunt, ⁊ inuicem tranſmutãtur, ſpecies autē ſm proximas tantum abinuicem differētes, quēadmodum non ſolũ ratio noſtra, ſed etiã ſenſus ſignificat, ſic etiã cęleſtia corpora corpus circulare habētia cõmune circulariter mobile, ⁊ ꝓpter hoc ingenitum ⁊ incorruptibile ſm proximas ſpecies non prohibentur multam habere differentiam adinuicem, ſed ad ſequentia verborum Ariſtote. procedendum eſt.

¶ Caliditas autē ab ipſis ⁊ lumen generatur, attrito aere, ab illorum motione, ſeu latione. Natus enim motus ignire ⁊ ligna / ⁊ lapides / ⁊ ferrum. Rationabilius igitur propinquius igni. Propinquius autem aer velut ⁊ in latia

Vide Proclũ in Timeo, ⁊ Plotinũ i libro ſuo de celo, q̃ Plato dicit celũ maxime ex ſolido igneum.

ſagittis. Hę quidẽ ipſe enim igniũtur ſic, vt liqueſcant plumbeę. Et quoniã igniunt̃ iſte, neceſſe ⁊ eum qui in circuitu ipſaꝝ aerẽ, hoc ipſum pati. Hę quidẽ igitur ipſe incaleſcunt ꝓpter in aere ferri, qui ꝓpter plagam motus fit ignis. Eorũ autẽ quę ſurſum, vnũquodq̃ in ſphęra fertur, vt ipſa quidem non ignient̃, aerẽ autẽ ſub circularis corporis ſphęra exiſtentẽ, neceſſe eſt lata illa incaleſcere. Et hoc maxime, cui ſol extat infixus. Propter quod approximante ipſo ⁊ oriente ⁊ ſuper nos exiſtente, generatur calor. Quę quidẽ igitur neq̃ ignea ſunt, neq̃ in igne feruntur, hęc a nobis dicta ſint de ipſis aſtris.

Com.29. ❡ Cum in memoriã reuocaſſet dicentes aſtra ignea eſſe ꝓpterea ꝙ cęlum igneũ eſt, ⁊ tantũ ab hoc accipiens pro ſua opinione. Lꝙ ẽt illi conſubſtãtialia cęlo dicant aſtra eſſe, abnegans autẽ ꝙ ignea ſint, hoc redarguens tollit e medio qđ in rõne videbat̃ perſuaſiuũ. Si enĩ calefaciũt ea quę hic, calefacere autẽ eſt ipſius ignis, quõ (aiunt) nõ ignea ſunt cęleſtia? Et ꝙ quidem ad hoc tendat ratio ipſius, inſinuat cõcluſio dicens. Quod quidem igitur neq̃ ignea ſunt, neq̃ in igne ferũtur, tot a nobis dicta ſint de ipſis. Quod autẽ ⁊ ſi calefaciant ea quę hic, non neceſſe ignea exiſtẽtia ipſa calefacere, ſed ſufficit ad hoc motus ipſoꝝ, perſuadetur hoc ex eo, ꝙ etiam ſolidiſſima ꝑ motum accendũtur. Nam ligna, lapides, ⁊ ferrum, ⁊ ſagittarum per aerem delataruꝫ exemplum euidens proponit. hęc enim ꝓpter motum ita igniũtur, vt ⁊ plumbea ferrũ in ligno continentia liqueſiant, ⁊ aerẽ in circuitu ipſorũ ſimul igniãt. Sicut igitur a motu igniti ſimul ignitur adiacens aer, ita a cęleſti motu moto continue ſucenſo ⁊ ignito, conſentaneũ eſt aerẽ propinquiorem exiſtentem igni calefieri. Alexander autẽ aerem ipſum ſuccenſum intelligit qđ in alijs, vt elementum ignem vocat Ariſto. At qui quomodo propinquiorẽ igni dixit aerẽ, ſi aereꝫ ipſum ſucceſum putaſſet? quomodo etiaꝫ analogiam ad ſagittam ſaluat, ſi accendens aerem ſagitta proportionalis erat igni? ob id etiam ſagittam ab aere intellexit calefieri Alexãder, ſed non aerem a ſagitta quãuis Ariſtoteles dicat, ꝙ ſagittę ipſę igniunt̃, ſic a motu, vt liqueſcat plũbum, ⁊ quia igniuntur ipſe, neceſſe etiam eſt in circuitu ipſaꝝ aerem ideꝫ pati. Et forte ex eo qđ cõſequẽter dicitur hanc habebat ſuſpitionẽ Alexan. dicit aũt hęc quidem per aerẽ lata ab impetu ferũtur, ⁊ ignito illo ob plagam a motu ⁊ hęc ſimul igniuntur. Aſtrorũ autem vnũquodq̃ in ſphęra cęli ſm ſe delatum, ipſum quidem non ignitur, neq̃ enim aptum natum eſt. Aerem autẽ totum ſuccenſo vocat. Hunc igitur exiſtentẽ ſub ſphęra circulariter mobilis corporis, moto illo, ⁊ ſimul mouente ipſum, palam ꝙ neceſſe eſt igniri. Nam non ſolum ſuccenſum ſimul mouetur cuꝫ cęlo, ſed etiã proximus ſibi aer, ⁊ fere vſq̃ ad ſtagnatum circa terrã, ⁊ vſq̃ ad contentuꝫ intra montium ſummitates. Quoniã aũt hoc cum dixiſſet erat dubitare, ꝓpter quid cęlo, ⁊ in ipſo aſtris, ⁊ in noctibus ſimiliter vt in die motis, ⁊ in hyeme ſimiliter ⁊ in eſtate, ⁊ ſubiecto aere ſimiliter, tanq̃ vno ſemper ſimul moto, dies tamẽ noctibus, ⁊ eſtates hyeme ſunt tanto calidiores. Hanc ſoluẽs inſtantiã appoſuit ꝙ hac ratione maxime cęlũ circũdelatum ſuppoſitum aerem calefacit, quatenus ſol extat illigatus ſeu infixus. Et ꝓpter hoc in eſtate quidẽ appropinquante ipſo vertici noſtro, in die autẽ oriente ⁊ ſuper nos exiſtente magis fit caliditas. Et dicit Alexander ꝙ non irrationabile eſt ſm partem huius circũmoti corporis tanq̃ vnius ſm qđ magnum corpus eſt in ipſo ⁊ mole conglobatũ, ⁊ non multum diſtãs magis fieri ⁊ ampliorẽ ex motu caliditatem in ſubiecto corpore magis cõtrarię aliqualiter ſm partem hanc, ꝓp ſpiſſitudinẽ, ⁊ magnitudinẽ eius, quę ſm motum fit intẽſionis. Maxime igitur ſm illam partẽ ꝓpter hoc cęli circulatio calefacit aerẽ, ſm quã ſol eſt illigatus. Sed adhuc mihi videtur manere dubitatio, quomodo ſol fere a nobis ęqualiter vndiq̃ diſtans, ſiquidẽ ⁊ ad ſolis ſphęram terra fere puncti ⁊ centri rationẽ habet, minima exiſtẽte permutatione plus in eſtate eum, qui circa nos aereꝫ calefacit, q̃ in hyeme, a loco iſto fere nihil minus in eſtate diſtãs. Quomodo etiã in meridiano calefacit magis q̃ in ortu ⁊ occaſu, eadẽ exiſtente diſtantia ad id qđ ſupponitur. Quomodo etiã ſi magnum ⁊ ſpiſſum ſit ſolis corpus magis cõtrarius eſt, qui ſm motuꝫ cęleſtis corporis tactus, ad id qđ ſub luna, ſm illam fit partẽ, tot tantis exiſtẽtibus cęleſtib⁹ corporibus intermedijs? Sed hãc quidem inſtantiã ⁊ prius, ⁊ nunc ſoluens Alexander dicit, multas paſſiones multis imprimi per media aliquas medijs non patientibus eandẽ paſſioneꝫ, ſed tranſuehentibus ipſam ad patientia, ſicut ait, quę a ſole accenduntur accenſa medijs non accenſis. Prius autẽ ⁊ eam, quę a ſtupore marino hominibus inditã paſſionem pro teſtimonio accepit, per media retia non ſtupefacientia, forte autem qualitates quideꝫ quaſdam ſic traduci, nihil mirum medijs tanq̃ vaſis quibuſdaꝫ inanimatis factis ad trãſuectionem. Corporalẽ autẽ paſſionẽ, ⁊ detritionem talẽ per medium fieri aliqđ, non moto etiam ipſo, ⁊ detrito, neq̃ fingere puto poſſibile. Sed neceſſariuꝫ erat, qđ ſub ſole cęleſte corpus inſpiſſatũ ⁊ ipſum ab ea, quę ſm ſolẽ, parte aut pulſum, ſic paſſionẽ in id, qđ ſub luna traducere. Si igitur taliuꝫ paſſionũ non eſt ſuſceptiuũ corpus cęleſte, aliter oportet dubitatorũ ſolutionem traducere. Et maxime q ⁊ia neq̃ Ariſto. ſpiſſitudine ⁊ contra obuiatione vſus fuit, ad hoc ꝙ ſol calefaciat ea, quę hic ſunt, ſed eo, ꝙ appropinquatur nobis, ⁊ ſuper nos fit. Dicendum igit̃, a ſolari corpore radios corporales editos ferri per cęleſte corpus ad id, qđ ſub luna eſt. Equidem cęleſte corpus tanq̃ imateriale imaterialiter ⁊ improhibite penetrantes per id autẽ qđ ſub luna, non adhuc cedẽtes, ſic tanq̃ hoc materiali exiſtẽte. Nam ⁊ incorporeas cęleſtium illuſtrationes, quędã quidem animę, ꝓpter idoneitatem ſuſcipiunt, quędam autẽ ineptitudine obſiſtente nõ ſuſcipiunt, ſic autẽ ⁊ quę ſub luna ſunt, ſed ꝑ aereꝫ quidem per poros penetrant, a ſolidis autẽ reflectuntur ad ęquales angulos. Interceptus igitur ab ipſis aer, ⁊ ſimul motus, ⁊ ad ſeipſum detritus, conglobationem eius in molem incaleſcit, ⁊ maxime in illis locis, in quibus radij ad ſeipſos refracti intermedium aerem inſpiſſant. Et propter hoc ſolſtitioꝝ quidem eſtiuale calidũ eſt, quia ſm illud ſol non nobis ſimpliciter fit propinquior, ſemper fere, vt dixi, ęqualiter a nobis diſtans, ſed eo, qđ ſm virtutem nobis appropinquat̃. Nam ſm meridianũ maxime, ⁊ circa illum radij in ſeipſos reflectũtur, faciens aſſumptuꝫ aerem in mole conglobari, ⁊ comprimi. In hyeme aũt ⁊ per diem apud ortum, ⁊ apud occaſum ſole exiſtente, qui ad noſtraꝫ habitationẽ emiſſi radij nõ adhuc ſiſt ad ſeipſos reflexi, ſed diffuſi magis non ſiſt aerem cõprimunt. Propter hoc etiã montes campeſtre ſunt frigidiores, quia apud ipſam reflexionẽ congregati magis ſunt radij, ⁊ magis aerem comprimunt, ſurſuꝫ progreſſi

autem, diſtãt magis. Propter quod qdē eleuatior aer frigidior eſt, ⁊ qdem ſi deſuper ꝑpter motuȝ ignitus īcepiſſet, calidiora debebant eſſe eleuatiora, tanq̃ ꝓpinquiora magis exiſtentia his, quę mouētur. Quando igitur dicit Ariſtoteles, ꝙ fit caliditas appropinquãte ſole, ⁊ orientę, ⁊ ſuper terram exiſtēte. Appropinquãte qdeȝ dicit ei, qđ ſm vertici noſtro. Oriēte autem ſuper terrã exiſtēte, ſed nõ ſub terra, ſupra nos autem exiſtēte, hoc eſt, in meridie exiſtēte. Nam tria hęc cõuenientia calefieri ea, quę hic, maxime a ſole faciũt. Et hęc qdem corporalr, ⁊ naturalr pro miſſione dicta ſunt. Dicat̃ autē, ⁊ ꝙ ſicut ſanitates, ⁊ ęgritudines, ⁊ diuitias, ⁊ paupertates, ⁊ artes alias eorum, qui ſub luna exhibent ſm ſuos motus ⁊ configurationes, ſic ⁊ eas, quę ſm qualitates differētias. Si enĩ nõ ſolum calefaciũt, ſed infrigidant quę ſm cęlum, non ſolū motus, ſed ⁊ ante hos ꝓprietates pro cauſa ponēdũ. Notat autē Alexãder, qđ ꝓpoſuerat quidem, de aſtroꝝ caliditate, ⁊ lumine dicere, qualiter fit, quoniã non ignea ſunt, dixit autē de caliditate ſola, tãq̃ videretur quideȝ aliqbus vtiq; ꝓpter ſequi caliditatē ⁊ ignitionē ex eo ꝙ illuminat diaphanum, nõ tamē ſic habet, ſed quia nõ ſolum ignis illuminat, ſed alia q̃dam ⁊ ipſa etiã diuina. Dicit igit̃ de lumine. ⁊ in 2° de anima, ꝙ eſt lumē factuȝ ab igne, aut a diuino corpore in diaphano. Quare ⁊ illuminare habēt etiã aſtra ipſa, ⁊ ſine ſua caliditate, vt in aliis dicet, ꝓpter qđ nũc ꝑtermiſit ſermonē de hoc. Iſta Alexandri, ꝓpoſui alias exiſtētia vtilia. Quoniã miror quomodo dicit, nõ dicere Ariſtoteleȝ in his, qualr ab aſtris fiat lumen, ſed ſolum qualiter caliditas, q̃uis audierit dicētem ipſum [caliditas autem ab ipſis ⁊ lumē fit, detrito aere ab illorũ latione.] Si igit̃ de lumine nihil dixit, neq; de caliditate dixit aliqđ. Non eniȝ aliud aliqđ de ipſo dixit, q̃ ꝙ detrito aere ab illoruȝ latiõe fit caliditas. Quę eniȝ dicũtur deinceps, omnia ad huius fidem aſſumpta ſunt. Proponãtur autē ⁊ iſta Alexãdri. Dicēte enĩ Ariſtotele attritione cęleſtia calefacere, q̃ ſub ipſis ſunt, quomodo vtiq; erit hoc [ait Alexã.] veruȝ ſi ſimplicia ſunt. videt̃ igitur/ait/q̃ſi omne tangibile ſm cõtrarietatē tale eſt, ⁊ p̃ma ſm primas, p̃mę autē tãgibiles cõtrarietates oſtēdunt̃ in 2° de gñatione ⁊ corruptione, caliditas ⁊ frigiditas, ⁊ ſiccitas ⁊ humiditas. Aut igit̃ ſm has ſpecificatur circulariter mobile, aut ſm alias, ſiqdem enim ſm harũ aliquas, de q̃tuor aliquas, ſi auteȝ ſm aliãs. p̃mo quidem incõueniens videbit̃, nõ ſm primas/primũ corporum ſpecificari. Deinde ⁊ ſic ſi ſm aliquã ſimplicem cõtrarietatem, nõ ęternuȝ, erit eniȝ aliqđ ipſi cõtrariũ. Forte igitur/ait/dicēdum, tãgibile qdem ipſuȝ eſſe, ⁊ ſpecificari etiam ipſm ſm tãgibilem qualitatē, nõ tamē ſm contrarietatē. Nam quę qdem in gñatione ⁊ corruptiõe verſantur, ſm tangibiles cõtrarietates, ꝗ mãlia ⁊ trãſmutari ipſa in inuiceȝ neceſſe eſt corporeus cęleſte, nõ tale ē, ſpecificatur autē qualitate ſimplici. ſ. circulatiõe cui nihil eſt contrariũ. Si eniȝ grauitas ⁊ leuitas ſunt tãgibiles cõtrarietates, erit vtiq; ⁊ circulatio tãgibilis, quę eſt forma illius corporis. Grauitas qdem igitur ⁊ leuitas/nõ erant formę corpꝝ, quę in gñatione ⁊ corruptiõe ſunt, q̃ neq; factiua, neq; paſſiua hęc ſunt. Nõ eniȝ in faciendo aliqđ aut patiendo ab altero dicũtur, vt dixi. Quę autē in generatione ⁊ corruptione corpora, factiua ⁊ paſſiua ab inuicem ſunt, circulatio autē factiua qdem exiſtēs, non adhuc auteȝ ⁊ paſſiua eo, ꝙ non habeat aliqđ cõtrarium a quo patiat̃. Neq; patiētia ab ipſa tãq̃ cõtraria patiũtur, merito forma eſt illius corporis. Et erit autē rarum hoc vtiq; tãq̃ ſpecioſum dictum, quoꝝ contrarium ſpiſſitas erat, ⁊ minus ⁊ magis vtiq; haberēt hęc. Magis quidem ſphęrę, minus autē aſtra, videntur eniȝ hęc mole redacta eſſe magis atq; extumeſcere magis, extuberatio autē in mole neq; extare facit ipſa a ſubã eo, ꝙ ſequitur talis rarefactio ⁊ inſpiſſatio circulationeȝ, hęc autē intrãſmutabilis ſit. Coloręs autem ⁊ ſi qua talia inſunt ipſis, tãq̃ accidentia vtiq;, ⁊ extrinſecus, ⁊ aſſequētia illaȝ qualitatē inſunt. Et iſta qdem Alexandri. Multis autē dictorum ab ipſo diſcordet vtiq; quis. Et p̃mo huic. ſ. ꝙ cęleſtia tritione calefaciant ea, quę ſub luna ſunt, tãq̃ ipſa his, quę ſub luna ſecus trita. Non enĩ hoc eſtimo dicere Ariſtoteleȝ, ſed ꝙ aer cuȝ motu cęli ſimul motus ipſe ad ſeipſm deteritur. Non eniȝ veriſimile ſic repercutere corpus cęleſte, vt deterat ꝓpinquuȝ. Si aũt hęc ſic ſe haberent, calidiora vtiq; eſſent aereȝ, quę cęlo ꝓpinqua magis ſunt. Nunc autē cõtrarium apparet, naȝ apud terraȝ calidiora altioribus ſunt. Secũdo autē attendet vtiq; q̃s ad hoc. ſ. omne tangibile ſm quatuor qualitates tale eſſe. Tãgunt ̃ qui dem enim inuicem ⁊ cęleſtes ſphęrę, non enĩ eſt aliquid intermedium ꝓhibens. Si autē a quatuor elemētis ſeparatuȝ eſt cęleſte, non vtiq; tactum ſm has haberet differentias. Si autem ſm terreuȝ qdem habet tãgibilitatem, ſm igneum aũt viſibilitatem, vt ait Plato, non ſm hęc, q̃ in generatione ⁊ corruptione, quę trãſmutant̃ in inuicē, ſed ſm ſummitates ipſoꝝ, conſentaneę inuiceȝ ꝑexiſtentes, ⁊ ꝓpter hoc ꝓprietatem cęli non lędentes. Dictũ eſt eniȝ ⁊ prius, ꝙ nõ omnia ex his cõpoſita, generari ⁊ corrũpi neceſſe eſt niſi quãdo nõ poſſunt coexiſtere inuicē, ⁊ ſubiectum ipſis tale, vt viciſſim vtrũq; ſuſcipere aptuȝ natum ſit, ſicut ⁊ ipſe Alexãder nouit. Tertio autē quomodo tãgibiles qualitatē dicens circulationem, nõ vult ipſam habere cõtrariuȝ, ſi omnes qualitates dicę exiſtētes, ſ̃ȝ oppoſitionē a genere diuidunt̃. Quarto quomõ raritatem ⁊ inſpiſſationem in cęleſtibus aſpicit ꝯtrarias exiſtētes, ſi putat oēm contrarietatē generationis ⁊ corruptionis eē cauſaȝ: quomõ etiam ipſas aſſequi dicit circulatiõe, ſi ⁊ in his ſub luna ē raritas ⁊ ſpiſſitudo: Quinto etiã quomõ colores ⁊ talis accidētia, ⁊ extrinſecus in cęleſtibus putans, nõ cogit̃ ſm paſſiones ipſa inſieri dicere, tãq̃ non gñationis ⁊ corruptionis ipſoꝝ, ſed ſemꝑ alterationis paſſiue cauſa fiant, ⁊ mortalē difficultatē cooperentur. Atqui accidētia, ⁊ extrinſecus in illis dicere abſurdiſſimum omnium eſſe puto, in habētibus ſubſtãtialem ⁊ ſpecificam virtutem.

Vide Plotinũ in ſuo li° d ccelo/⁊ Proclũ ſupra Timeum.

¶ Quoniã autem vident̃ ⁊ aſtra tranſlata, ⁊ totũ cęluȝ, neceſſariuȝ aut quieſcētib⁹ vtriſq; fieri trãſlationem, aut motis vtriſq;, aut hoc quidē quieſcente, hoc auteȝ moto. Vtraq; quidem igitur quieſcere impoſſibile quieſcēte ⁊ terra. Neq; eniȝ vtiq; fierēt quę vident̃, terraȝ autē quieſcere ſupponatur. Relinquitur itaq;, aut vtraq; moueri, aut hoc qdem moueri, hoc autem quieſcere. Siqdem igit̃ ambo mouebũtur, irrationabile eaſdeȝ velocitates aſtroꝝ eſſe, ⁊ circuloꝝ. Vnumqđq; eniȝ ęque velox erit circulo ſm quem fert̃. Videntur enim ſimul circulis conſiſtentia iteruȝ in idē. Accidit igitur ſimul aſtrũq; pertrãſiuiſſe circulum ⁊ circulũ allatuȝ eſſe, ea quę ipſi⁹ latione, pertrãſitam eaȝ quę ipſius peripheriam. Nõ eſt autem rõnabile, eãdeȝ rõnē ha-

bere velocitates aſtroꝝ, ⁊ magnitudines circulorū. Circulos qdem enim nihil inconueniens, ſed neceſſariū analogice habere velocitates magnitudinibus. Aſtroꝝ autem vnum quodqꝫ in his nullatenus rōnabile. Siue eni ex neceſſitate maiori circulo latum velocius erit, palaꝫ qa ⁊ ſi trāſponant aſtra, in eos qui inuiceꝫ circulos, hoc qdeꝫ erit velocius, hoc autem tardius. Sic autē non vtiqꝫ habebūt ꝓpriuꝫ motuꝫ, ſed ferētur vtiqꝫ a circulis, ſiue a caſu contingit. Neqꝫ ſic rōnabile vt ⁊ in oibus ſimul, vt circulus qdem ſit maior, ⁊ latio velocior, eius qđ in ipſo aſtri, vnuꝫ qdem eniꝫ aut duo hūc moduꝫ habere, nihil inconueniēs, oia auteꝫ ſimilr fictioni aſſimilantur. Simul autē ⁊ non eſt in his quę natura qđ vt contingit, neqꝫ vbiqꝫ ⁊ in omnib⁹ exiſtēs, quod a fortuna.

Com. 30. ¶ Scđm hoc de aſtris omnibus, fixiſqꝫ ⁊ erraticis ꝓblema quęrit apparens motus ipſoꝝ ⁊ tranſitio, vtrū per ſe mototum eſt, aut aliquo alio mō accidit. Ex diuiſiōe aūt producit q̄ſtionem, cōfeſſum accipiens qđ apparet. ſ. q̄ aſtra trāſferūtur ⁊ totū cęlum, totū autem dicit trāſferri, nō q̄ ſm totuꝫ pertrāſeat ex loco ad locū, ſed qa cęli corpus mouetur totū, vt aſtra dicūtur. Moueť autē ſm partes, vt ꝑſpicuū eſt ⁊ ex, eo q̄ alię ptes ceu alię ęgnoctiales circuli ⁊ ȥodiaci, ⁊ aliorum circuloꝝ qui ſunt in ipſo corpore cęleſti, oriētes, ⁊ cęlum mediātes ⁊ occūbētes, ex inſtrumentis deꝑhendūtur. Amboꝝ igitur tranſlatione apparēte. ſ. nō erratici cęli, ⁊ nō errantiū aſtrorūꝫ [de his enim nūc eſt ſermo] neceſſe, aut quieſcētibus ambob⁹ fieri trāſlationem, aut motis ambobus, aut hoc qdeꝫ quieſcēte, hoc autē moto, ⁊ ꝑter hęc non eſt aliud mēbrum. Suppoſitione autē dignificauit ⁊ lꝫ [ambobus queſcentibus] q̄uis incuidens videatur ſaluari apparēteꝫ ipſoruꝫ trāſlationem ambobus queſcētibus, qa fuerunt qdam, de quibus Heraclides Pōticus, ⁊ Ariſtarchus inquiūt, de quibus Heraclides Pōticus ⁊ Ariſtarchus: putātes ſaluari apparētia, cęlo qdem ⁊ aſtris quieſcētibus, terra auteꝫ circa ęgnoctiales polos ab occaſu mota per diē vna proxime circūuolutione lꝫ [proxime] autē apponiť, ꝓp ſolis ſuper motioneꝫ vnius gradus tāq̄ ſi nō moueať terra, qđ quidem paulopoſt oſtēdet, nūc autem vt ſuppoſitionē accepit, impoſe cęlo ⁊ aſtris quieſcentibus ſaluari apparētia. Nam quomō vtiqꝫ trāſlatio ſaluať omnibus imotis acceptis: Et h̄ qdem mēbrum diuiſionis ſupponens terram imotam ſic diſſoluit. Qđ auteꝫ neqꝫ ambo moueātur cęluꝫ, ⁊ quę in ipſo aſtra, oſtēdit ſic, quoniam vnūquodqꝫ aſtroꝝ ſm circuluꝫ videť motuꝫ quę qdem verſus polos ſm minores, quę autē verſus ęgnoctialem ſm maiores, ſi ambo ſupponātur mota ⁊ aſtra ⁊ cęlum, neceſſe eſt aſtrum ⁊ circulū ſm queꝫ ferť aſtruꝫ ęque velociter moueri. Et cām neceſſitatis apponit, qa videtur aſtra ſimul cū circulis in idē reſtituta. Qđ enim cū ꝑmo gradu arietis hodie cooritur nō erraticuꝫ aſtrū, ⁊ craſtina ipſi cooriť. Sic autē opꝫ imaginari motuꝫ amboꝝ, vt ſi quis ſuper equuꝫ ſedens longoꝝ crurium ęque velociter curris cū equo eadem longitudine ab ambob⁹ in eodem tēpore pertranſita, ſic eniꝫ ⁊ aſtrū ambobus motis eūdem ſemꝑ locū circuli obtinens ęque velociter mouebitur cū circulo. Si eniꝫ attingens circuluꝫ aſtrum, ⁊ proprio motu motū ſuper ipſꝫ ęque velociter moueať oppoſito aſtri motu, neceſſe bis reſtitui aſtrum, q̄diu circulus ſemel reſtituiť, vt ſuper terraꝫ appareat factū aſtrū. Non attingens autē, ſiqdem velocius circulo moueať, coaſſumit aliqd ipſius, ſi autē tardius ſubdeficiet. Hoc aūt nō eſt cōſentaneuꝫ/ait/ſcꝫ ęque velocia aſtra circulis eē, qm̄ enim in ſphęra maiores ⁊ minores circuli circa idē centruꝫ, aut circa eūdem polum exiſtētes vna ſimulqꝫ reſtituunť quidē, ſm maiores qdeꝫ citius moti, ſm minores autem tardius, ſi ⁊ aſtra ſimul reſtituūtur circulis ſuper quos mouenť, ꝓportionalr habebunt velocitates aſtroruꝫ, ad magnitudines circuloꝝ. Quare quāto maior eſt ęquinoctialis, ſemꝑ manifeſto, tanto velocius aſtruꝫ, qđ ſuper ęgnoctialem eſt velocius eo qđ ſuper ſemꝑ manifeſtum eſt. Naꝫ ęgnoctialis ſemꝑ manifeſto tanto velocior. Sed circulos qdeꝫ velocitates ꝓportionabilr habere cū magnitudinibus nō ſoluꝫ cōſentaneū ē, ſꝫ etiaꝫ neceſſarium. Cōſentaneum qdem, qa ſm rōneꝫ ⁊ ꝓportionem velocitates coaptanť magnitudinibus, ſed qui maiores citius mouētur. Neceſſariuꝫ autē qa circuli ipſi nō ſunt per ſe abſoluti a ſphęra quę mouetur. Continuū. n. illud corpus eſt, ſed ſphęra mota, ⁊ reſtituta ab eodeꝫ in idem, ⁊ circuli ſm qđ ferūtur aſtra reſtituūtur ſimul omnes maiores ⁊ minores. Quo mō enim poſſibile ſphęrę continuate ⁊ circulariter circūmotę, aliquid ipſius iaꝫ reſtitutū eſſe, aliud autē nōdum: In aſtris autem per ſe motis nō adhuc cōſentaneum eſt eādem ꝓportionē velocitatis ipſoꝝ ad velocitatem quā habent magnitudies circuloꝝ adinuicem. Neceſſe enim aut circulos cauſas eſſe talis ꝓportionis, vt ex neceſſitate id qđ ſuper maiorem ⁊ minorē circulum moueť citius moueať, aut ipſorū aſtrorum per ſeipſa motoꝝ, hoc qdem velocius eſt, hoc autē tardius, ſed ſiqdem circuli cauſa ſunt neceſſe tranſpoſita ſm imaginationem aſtra, prius qdem velociſſimum, eo q̄ ſuper maximū ⁊ velociſſimuꝫ circulum mouebiť, tardiſſimū fieri, eo q̄ ſuper minimū, ⁊ tardiſſimū circulum nūc moueť, ⁊ econtrario, ſic auteꝫ nō adhuc vtiqꝫ erunt proprio motu mota aſtra, ſed a circulis delata. Si autē ꝓpter ſeipſa aſtra, alia qdem velociora exiſtētia, alia autē tardiora ſimul diuiſa ſunt cōuenienter cum circulis, velociora qdem/maioribus velocioribus, tardiora autem/tardioribus ⁊ minoribus, aut ſm naturalē quādam/⁊ ꝑncipalem rōnem/hoc factum eſt, aut a caſu accidit, ſed ſm nālem quidem rationem/euidenter eſt impoſe. Propter qđ etiam ꝑtermiſit forte Ariſtoteles hoc mēbrum diuiſionis. Si eniꝫ in omnibus his quę ſm naturā/maiꝰ corpus citius fertur ſua latione, vt etiam ipſe paulopoſt dicet. Nam maior gleba/citius ad deorſum fertur ⁊ maior ignis/citius ad ſurſuꝫ, non vtiqꝫ maiora aſtra/ſm naturalem rōnem tardiora facta/breuioribus ⁊ tardiorib⁹ circulis coaptarētur. At vō neqꝫ a caſu accidit, vt in omnibus ſimul/⁊ circulus ſit maior/⁊ latio velocior aſtri qđ in ipſo, qa quę a caſu raro ⁊ in minus ſunt. Et ſi qdē vnū aut duo ſic ſe haberent, nulluꝫ incōueniens videbať dicere a caſu. Omnia autē ſimilr ſe habere ſi ex caſu dicēs quis fictioni aſſimilať, figmētū auteꝫ eſt id quod ſm noſtram phātaſiam incōſone de rebus diciť, vt rōcinānduꝫ ſit hoc modo, quę a caſu ⁊ fortuna ſunt nō vbiqꝫ neqꝫ in oibus ſunt, aſtrorūꝫ ad circulos analogia vbiqꝫ ⁊ in omnibus eſt. Aſtroꝝ ergo ad circulos analogia, non a caſu neqꝫ a fortuna eſt. Et alium etiā quēdam talē ſyllogiſmū poſuit. Quę vbiqꝫ ⁊ in oibus ſunt ſm naturaꝫ ſunt, quę ſm naturā, neqꝫ vt ꝯtingit, neqꝫ a fortuna ſunt. Si igiť quibuſdam aſtris ad circulos analogia vbiqꝫ ⁊ in oibus eſt,

non vtiq̧ neq̧ a fortuna, neq̧ vt cōtingit erit. Alexāder autē hoc[ ſimul autē non eſt in his quę natura qđ vt cō tingit ꝛ a fortuna ] exponēs ingt. Quę enim natura fiūt, vt ad plurimū fiunt, nō raro, neq̧ in his quę ex neceſſitate. Nam qđ vbiq̧ ꝛ oībus exiſtit, neceſſariū eſt, nam oppoſitū ipſius impoſſe eſt, quę autē ſm cęlum, ꝛ ſm naturam, ꝛ ex neceſſitate ꝛ natura cōſiſtunt. Qđ autē vt contingit ꝛ a fortuna ꝛ ad minus ꝛ raro euenit. Q̄re non rōnē cōſentaneū eſt ſic accidere. Si igit̄ ſimul reſtitutio aſtris cū circulis, vt ex apparētibus cōſtat accidit dicentibus moueri aſtra, ęque velociter ipſa moueri cū circulis ſup quos mouētur aſſerere. Hoc autē aſſequitur hoc. ſ. aut ꝑ neceſſitatē circuloꝝ, ꝛ non ꝓpter ipſa moueri aſtra, aut ſi ꝓpter ſeipſa mouentur, aut ſm naturā ſaluatur ꝓportio aſtroꝝ ad circulos, aut a caſu ꝛ a fortuna. Si igit̄ ambo impoſſibilia oſtēſa ſunt, ꝛ hęc aſſequunt̄ id quod eſt ambo moueri. ſ. circulos ꝛ aſtra perſpicuū eſt ꝙ impoſſibilis ſuppoſitio ſit. Dicit autē Alexander ꝙ poſſunt dicta etiā ſphęris adaptari, tāq̄ circulos ipſoꝝ ſphęras dixerit. Nā ꝛ errantiū ſphęraꝝ cum circulatione ſit reſtitutio apparent in ipſis aſtra. Quare vnūquodq̧ vtiq̧ ipſorum ęque velociter mouebitur cum ſphęra in qua eſt. Quarū ſphęrarū alię quidē ſunt maiores, alię autē minores, quę eniꝫ extrinſecus ꝛ cōtinentes, maiores ſunt interioribus ꝛ cōtentis. Et erit vtiq̧ hoc. ſ. [ circulos gdē nihil incōueniens, ſed etiam neceſſariū velocitates habere ꝓportionaliter cum magnitudinibus ]eq̄ſe hoc[ ſphęras gdem neceſſariū habere velocitates ꝓportionaliter cum magnitudinibus ]. Nā maior ipſarum in maiori mouetur tēpore. Propter qđ quę gdem ſaturni in. 30. annis, quę autē Iouis, in. 12. alia autē in alio. Forte aūt Ariſtoteles gdē circulos ꝓportionaliter habere velocitates magnitudinibus dixit, tāq̄ maioribꝰ circulis citius motis, ſiqdem ſimul reſtituūtur cū minoribus. Alexāder autē in ſphęris cōtrarium dicit, ꝙ maior in maiori mouetur tempore, vniuerſalr̄ autē de circulis quę ſimul reſtituūtur. Ariſt. dicit, ꝛ hoc ēt ipſe Alexāder nouit ꝙ ambobꝰ motis. ſ. circulis ꝛ aſtris ꝛ ſimul reſtitutis alter motus fruſtra exiſtens apparet. Nihil autē fruſtra eſt in his quę natura fiūt. Et miror quomō hoc dicit, q̄uis eniꝫ ſimul reſtituant̄ circuli ꝛ aſtra, vtraq̧ ſubſtantias ꝛ virtutes habentia proprias ſm ipſas operantur.

Saturni [illegible] bꝰ ſoli. 365. [illegible]

**¶ At vo iteruꝫ ſi circuli quidem manēt, aſtra autem mouētur, eadē ꝛ ſimilr̄ erunt irrōnabilia. Accidet enim velocius moueri quę extra, ꝛ velocitates eſſe ſm magnitudines circulorum ipſorum.**

Cō. 31ᵐ.

¶ Oſtēſo ꝙ neq̧ ambo poſſibile eſt quieſcere. ſ. circulos ꝛ aſtra, neq̧ ambo moueri, nūc oſtēdit ꝙ neq̧ aſtra quidem moueri rōnabile eſt, manere autē circulos. Eadem enim erūt abſurda ſimilr̄ deducta, etenim ſi aſtra ſupponātur mota quieſcētibus circulis, accidet etiā ſic, id qđ ſuper maiorem circulū eſt citius moueri, ꝛ ꝓportionaliter habere velocitates aſtroꝝ ad magnitudines circulorū, in qbus mouētur, qđ quidem eſt impoſſe. Neq̧ enim naturalr̄ hoc accidere poſſibile eſt, ſiqdem ſm naturā maiores magnitudines ſilibus motibus citius mouētur q̄ minores. Neceſſe igit̄ aut circulos eſſe cauſā talis ꝓportionis, ꝛ ſic nō erunt aſtra quę mouētur per ſe, non eniꝫ ſi minus aſtrū ſuper maiorē circulū moueret̄, ſed aut a caſu ꝛ a fortuna euenit. Qđ quidem abſurdū eſt in naturalibus dicere, ꝛ maxime in diuinis, ſm nullum igit̄ modum aſtris motis velocitates aſtroꝝ ꝓportionaliter habere cū magnitudinibus circuloꝝ poſſibile eſt, quare eadem etiā ſimilr̄ erunt abſurda. Et in hac ſuppōne cū dicat Ariſtoteles ꝙ accidet citius moueri quę extra, ħ eſt quę remotiora a polis ſunt ꝛ velocitates eſſe ſm magnitudines circuloꝝ, notauit hic etiā Alexāder ꝙ nō vtiq̧ dicit reſtitutiones planetarū. Nō eniꝫ ſimul reſtituūtur hi, ſed vnuſqſq̧ ipſorū in diuerſis tēporibus reſtituit̄, ꝛ redit ſm ꝓprium motū, ſed nō ſimul reſtituunt̄, neq̧ velocitates ipſis diuę fient ſm differētias magnitudinū, in quibus mouent̄. Quare rōnabile /ait/ vt diximus, has oſtenſiones in ꝑſentia dicere ipſū de aſtris, quę in ſphęra non errante collocantur.

**¶ Quoniaꝫ gdem igitur, neq̧ vtraq̧ moueri rationabile, neq̧ aſtrum ſolū, relinqtur circulos gdem moueri, aſtra autē quieſcere, ꝛ infixa circulis ferri. Soluꝫ eniꝫ vtiq̧ ſic nullū irrationabile accidit. Celeriorem eniꝫ eē maioris circuli velocitatē, rationabile corū quę circa idem cētrū alligatorū. Sicut enim in alijs, maius corpus velocius fertur, ꝓpria latione, ſic ꝛ in circularibus. Maior eniꝫ ablatorum ab his quę ex cētro, maioris circuli deciſio. Itaq̧ rōnabiliter in ęquali tēpore, maior circūferretur circulus, ꝛ non diſtrahi cęlum ꝓpter hoc accidet, ꝛ quia oſtenſum eſt continuum ens totum.**

¶ Quatuor exiſtētibus membris diuiſionis dicētis ſm quot modos poſſibile ſaluari apparētem aſtrorū trāſlationē, oſtēſo ꝙ neq̧ ambo moueri rōnabile eſt. ſ. circulos ꝛ aſtra, neq̧ alterū ſolū. ſ. aſtra. De his enim ꝑrime oſtēderat, inducit merito, ꝙ relinqtur circulos gdē moueri, aſtra autē quieſcere, ꝛ illigata ferri. Hoc enim reliquū diuiſionis mēbrum eſt. Et ſolum ſic /ait/ nullū abſurdū accidit, ꝛ oſtendit iam, qa quod gdē ex alijs ſuppoſitionibus abſurdum ſequebatur. ſ. ꝓportionales eſſe velocitates aſtrorū cum magnitudinibus circuloꝝ, hoc nō ſeqtur, hoc autē ſeqtur. ſ. celeriorem eſſe maioris circuli velocitatē, his quę circa idem cētrum alligant̄, hoc nō ſolum, nō abſurdū, ſed etiā neceſſariū eſſe ſm duos modos, ſm vnū gdem, qa ſicut in alijs nālibus magnitudinibus maius corpus citius fertur, q̄ minus ꝓpria ipſis ſm naturā latione. Maior eniꝫ gleba q̄ minor, ꝛ maior ignis q̄ minor citius mouet̄, ſic etiā in circularibꝰ qđ eſt maius citius fertur. Si eniꝫ ex cētro, concentricoꝝ circuloꝝ educte recte, ad eas quę in circuitu ſunt peripherias, ſimiles portiones circuloꝝ auferunt, ceu quartas, aut ſemicirculos, aut qualeſcūq̧, quādo motis circulis vna recta earū quę ex centro ſimul motarū, ꝛ ipſa ſm imaginationē cum circulis ſimul currat altera manēte ſm intellectum tūc ſimiles portiones circuloꝝ, hę quidē maius ſpatiū, hę autē minus aliquando tranſierunt. Quare rōnabiliter ꝛ toti circuli, qui maiores ꝛ q minores in ęquali tempore circūferrētur. Hoc igitur neceſſario accidit, eo ꝙ ꝓportionales ſint velocitates cū magnitudinibꝰ hoc. ſ. maiores ꝛ minores circulos in ęqli tempore ſimul redire atq̧ reſtitui. Et adhuc hoc. ſ. nō diſtrahi cęlū, hoc eniꝫ ineſt gdem ipſi maxime, qa oſtenſum eſt continuū totū eſſe. Accidit autē ꝛ ꝓpter analogiā motuū, qui ſm partes ipſius ad magnitudines ſunt. Si eniꝫ ęque velociter maior circulus moueret̄ cū minore, puta ęquinoctialis cum ſemꝑ manifeſto non reſtitutis in eodem tēpore,

Com. 32ᵐ.

Semꝑ manifeſtꝰ pōt eē ꝛ tropicꝰ cāri

⁊ circulus arcticus i nr̃a regióe, i alia tropic⁹ capricorni, ⁊ circulus antarctic⁹ nobis imanifeſte.

diſcerperetᷣ vtiq; totius cõtinuitas. Attendere aũt op;, ꝙ ad illud qd̃ dicitur, celeriorem eſſe maioris circuli velocitatem reſpõdet iſtud, ⁊ nõ diſtrahi celũ. Alexãder autẽ audiens ipm̃ dicẽtem [circa idē cẽtrum alligatoꝝ] poteſt, ait, hoc ⁊ in ſphęris intelligi, ⁊ erit vtiq; per h tol lens opinionẽ dicẽtium ſm̃ excentricitatẽ motum ineẽ planetis, ⁊ ſic tẽtantiũ apparentia ſaluare, ⁊ deinceps ẽt ait. ſ. maior enĩ ablatorũ ab his quę ex centro maioris circuli portio erit vtiq; vt in rectis dictũ eſt, ſed h maiores qdem auferri portiones exteriorum circulorũ, verum eſt, nõ tamẽ argumentum huius ꝙ rõnabilr̃ maior circulus moueatᷣ velocius. Sed ſiqdem eſt verũ ſm̃ illõ magis, quia maius corpus exterius mouetᷣ ſm̃ naturam motu. Sed ꝙ quidẽ non erraticis, ſed in octaua circulis hęc cõueniant ⁊ ipſe notauit. Nã in ęquali tẽpore maiorem circulũ cum minori reſtitui, in circulis qdem qui in octaua ſunt verũ eſt, in erraticis autẽ ſphęris nõ adhuc verum, neq; ſm̃ ꝓprium ipſarũ motũ. Alia enĩ in alio tempore reſtituitᷣ, neq; ſm̃ motũ qui cũ vniuerſo fit, etenĩ ab illo idem deficit tãtum vnũquodq;, quãtũ ſm̃ propriũ motum mouetᷣ ex cõtrario motui vniuerſi. Propter qd̃ etiam in ipſis aſtra apparent non ſimul reſtituta cũ fixis cum qbus fuerint cõcurrentia, ſed ſubdeficientia ſunt. Hoc autẽ [circa idem cẽtrũ alligatoꝝ] tanq̃ de centro ꝓprie intelligẽs, ęquale, ait, huic. ſ. in ſphęra exiſtẽtiũ. Forte autẽ quoniã ⁊ ex centro eductę peripherię ꝓportionalr̃ ſecant maiores ⁊ minores circulos indiget qdem his quę ex polo nũc, ſignificat aũt ipſas per hęc ab his quę ex centro. Euidentius enĩ in his theorema ante ſphęrica mathematica in planis traditũ eſt. Sed habere ꝓportionalem hãc ſectionẽ Alexãder dicit nõ eſſe argumẽtum huius ꝙ rõnabiliter maior circulus citius moueatᷣ. Si enim in eodẽ tempore maioris circuli portio, ⁊ proportionalis ipſi minoris diſtãtias intermedias rectarũ quę ex centro veniũt, hęc qdem maiori, hęc autẽ minori mouẽtur, quomõ nõ vtiq; eſt argumẽtũ euidens? Neſcio autẽ ꝓpter quid Alexander non vult rectas quę ex cẽtro veniunt, ſed plana per centrũ ducta diuidere ꝓportionaliter circulos. Et qdem Ariſtoteles ex cẽtro, ſ; non per cẽtrũ, ait, cum dicit, ⁊ circulos eſſe ꝓportionaliter diuiſos, ſed nõ ſphęras, dicente autẽ Ariſtotele [⁊ nõ diſtrahi cęlũ, ꝓpter hoc accidet, ⁊ quia oſtenſum eſt cõtinuum totũ] Alexãder notat bene, ꝙ ex hac lr̃a palam dici de inerrãtibus ſphęras has. In cõtinuo enim dicitur. Erraticę autẽ non cõtinuę, ſed tãgũt ſeinuicem, ⁊ in his nõ vtiq; diſtractio eſſet diuerſimode motis, ⁊ hęc qdem dicta ſunt ab Alexãdro bene. Qđ autẽ ꝯſequenter dicitᷣ cõſiderandũ, in vnaquaq; enĩ ſphęra, ait, diſtractio fit cõtinuo exiſtẽte vniuſcuiuſq; ipſarũ corpore, ſi aſtra ſint ſimul mota manẽtibus ſphęris. Nõ adhuc enĩ continua corpora ipſarũ, ſi aſtra quę ſunt partes ipſarũ locum ex loco trãſeunt. Forte autẽ non hoc nũc ꝓponitᷣ dicere, iã enim oſtẽſum eſt, ꝙ nõ mouẽtur aſtra manentibus ſphęris, ſed ꝙ ꝓportionales ſint velocitates circuloꝝ ad magnitudines ipſorũ, cauſa eſt huius ꝙ in ęquali tempore ſimul redeũtibus ⁊ reſtitutis maiorib⁹ ⁊ minoribus circulis nõ diſtrahatᷣ cęlũ. Nã nuſq̃ fuit hic mentio aſtri. Alexãder autẽ imanens ſuę ſentẽtię, põt, ait, h in oĩbus ſphęris intelligi, non tanq̃ inuicẽ continuis, ſed tanq̃ aſtris his, quę in ipſis ſunt: qbus motis qlibet ipſorũ diſtraheretᷣ. Et quidem paulo ante bene rõcinatus fuit ꝙ erraticas tempore ſimul reſtitui, aut inuicẽ, aut cum non erraticis. Nunc igitᷣ hoc cõcluſit Ariſto. ꝙ aliis diuiſionis mẽbris abſurdis exiſtentibus, relinquitur id quod dicit circulos qdem moueri, aſtra autem quieſcere, ſed qui ſunt circuli, dignũ eſt quęrere. Equinoctialis quidẽ enim ⁊ zodiacus, tanq̃ in duo ſecãtes ſphęrã, merito inexiſtere videntur, ſm̃ iuxtam hemiſphęria diſtinguẽtes. Alij aũt circuli forte ſm̃ intellectũ noſtrũ ſunt. Centro enim polo, diſtãtia autẽ vnoquoq; aſtrorũ circulos deſcribentibus nobis. Aut nõ ſm̃ noſtrũ intellectũ ſunt motiuũ circuli, ſed tota ſphęra circa eoſdem polos ſemꝑ. ſ. ęquinoctialis mota vnũquodq; eorũ quę in ipſa ſunt aſtrorum ſemꝑ manens in eodẽ loco, ⁊ a tota ſphęra circũmotum ęquali ſemꝑ diſtantia a polo diſtans, circularem h; motũ. Quãuis igitᷣ non deſignati ſint iſti circuli ſphęrę, tñ quoniã omnis motus ſm̃ diſtãtiam aliquã ſit motu circulari exiſtẽte, neceſſe eſt etiã diſtãtiam circularem naturalem eſſe, in qua ęqualiter diſtantia a polo aſtra firmata ſunt a conditore deo, ⁊ hęc proportionaliter habẽtia velocitates cum ipſis magnitudinibus.

Equinoctiales non ſphęris, ſed circuli autẽ aliique.

¶ Adhuc autem quoniã ſphęrica aſtra, quẽadmodum ⁊ alij dicunt ⁊ nobis conceſſum dicere, ex illo corpore generantibus. Sphęrici autẽ duo motus ſunt per ſe, volutatio ⁊ circũgiratio. Siquidẽ igitur mouẽtur aſtra per ſeipſa, altero vtiq; mouebũtur horũ, ſed neutro videtur. Circũgirata qdẽ enim manerent vtiq; in eodẽ, ⁊ non trãſferrentᷣ loco, qd̃ tamẽ ⁊ videtur ⁊ omnes dicũt. Adhuc autẽ omnia qdem rationabile eodẽ motu moueri. Solus autẽ videtur aſtrorũ ſol hoc operari oriẽs ⁊ occidẽs, ⁊ iſte non ꝓpter ipſum, ſed ꝓpter elongationem noſtri viſus. Viſus enĩ ꝓtenſus longe voluitᷣ ꝓpter debilitatẽ, quę cauſa forte ⁊ eius qd̃ eſt ſcintillare videri ſtellas fixas, planetas autẽ non ſcintillare. Planetę quidem enim ꝓpe ſunt, quare potẽs exiſtens ad ipſos ꝑtingit viſus, ad manẽtes autẽ tremit, ꝓpter longitudinẽ porrectus longe valde. Tremor autẽ ipſi⁹ aſtri facit videri eſſe motũ. Nihil enĩ differt moueri viſum, aut quod videtur.

¶ Poſt ex diuiſione oſtẽſionem quę de motu ⁊ de imobilitate aſtrorum allata eſt aliũ modum oſtenſionis adducit quod nõ mouentᷣ aſtra ſupponẽs ipſa ſphęrica eſſe, ⁊ nũc quidem ꝓbabilitatẽ ſuppoſitionis ꝑſuadens ex opinione alioꝝ ſic exiſtimãtiũ de ipſis, ⁊ ex eo ꝙ opꝫ, cum ſint ipſa eiuſdẽ ſubę cũ cęleſti corpe, corp⁹ ⁊ figurã eãdẽ habere. Paulopoſt autẽ ⁊ hoc per ſe q̃rendo ꝓbabiliter tractãs, oſtendet ſphęricas eſſe figuram aſtrorũ. Supponens igitᷣ ꝙ ſphęrica ſunt aſtra, ⁊ ꝑaccipiẽs, ꝙ ſphęricorum corpoꝝ ſm̃ qd̃ ſphęrica ſunt, ſunt duo motus. ſ. circũgiratio ⁊ volutatio, fit autẽ circũgiratio quidẽ in eodem loco circa ꝓprium axem reuoluta ſphęra. Volutatio autẽ permutante loco. Et oſtẽdens neutrum hoꝝ motuũ cõuenire aſtris quieſcẽtibus ſphęris, iam ꝙ nõ moueantᷣ ipſa aſtra ꝓbauit, ait, Alexãder. Et ꝙ quidem nõ circũgirentur oſtẽdit ex eo, ꝙ trãſlata videntᷣ ⁊ non manẽtia in eodẽ loco. Si enĩ quę circũgirãtur in eodẽ manent loco [tale enĩ eſt circũgirari.] Aſtra aũt non in eodem manẽt loco, ſed trãſmutant locũ, vt etiã apparentia atteſtãtur, ⁊ cõmunis oĩum opinio cõſtat ꝙ in ſecũda figura cõcluditur aſtra nõ circũgirari, aut quod verum eſt. Com. 33.

aſtra non ſm circũgirationem hãc habere eas quę videt̃ in ipſis trãſlationes. Deinde ſoluit inſtãtias quę dicit, q ſol circũgirans apparet, veriſimile igit̃ ⁊ aſtra ſic moueri. Et ſoluit inſtãtiam multiplr, primo quidez ex eo q rõnabile quidem eſt, omnia eodez motu moueri ſubſtãtiã eãdem habẽtia, ſolus autem ſol videt̃ circũgirans. Scdo autem ex eo, q neq ſol vbiq videtur circũgiratus, ſed oriens ſolũ ⁊ occidens. Et tertio eo qd aſſignat cauſam ſm circũgirationẽ imaginati motus ſolis penes nos exiſtentem ⁊ nõ penes ſolem. Viſus enim /ait/ ptenſus longe, ⁊ debilis factus ppter lõgitudinem voluit̃, hoc eniz debilia ⁊ mota patiuntur. Volutio autẽ hęc ⁊ tremor ⁊ circũuolutio videntis videtur eſſe circũgiratio eius qd videtur. Nihil eniz differt ad talem imaginationem viſuz ſupponere moueri, aut qd videtur. Qui eniz ſecus littora nauigant, moueri terram ⁊ mõtes putant viſu moto, ⁊ propriam paſſionez viſo circũponũt. Qz autez hoc ſit cauſa huius q circũgirans videt̃ ſol, perſuadetur etiaz ex hoc q ſtellę quidem nõ errantes ſcintillantes vidẽtur. Has eniz dicit illigatas tanq̃ cõtra eas quę videntur erraticę diſtinguẽs ipſas, aut tanq̃ non erraticę ſphęrę de qua ſermo eſt alligatas dicit. Planetas autẽ non adhuc pati putat hoc. Nam planetę quidez /ait/ ppe ſunt, quare potẽs exiſtens, ⁊ robuſtus pertingit ad ipſos viſus. Et ppter hoc nihil ipſe patiẽs neq de illis aliquaz pdicat paſſionẽ. Ad non erraticas autez, quas ppter hoc manentes vocat, tãquã non vagas remotius exiſtentes viſus ptenſus nutat ppter multam lõgitudinem debilitatus. Et tremor ipſi' in ſole quidem circũgiratio eſſe apparet in non erraticis ⁊ ſcintillationẽ videri facit. Et q quidem etiaz ſcintillatio in ſole appareat, manifeſtũ eſt. Propter quid autem dicit vtiq quis circũgiratio in ſolo ſole apparet, ⁊ nõ etiaz in his quę vltra ſolez ad quę remotiora exiſtẽtia protenſus viſus magis vtiq nutare debet, ⁊ tremere ppter maiorem debilitatez. Et dicit ad hanc dubitationẽ Alexander q forte quidem aliquid fit penes ſolis fulgorẽ. Forte autẽ fit ⁊ penes terram ppter quod ſecus ipſam videt̃ circũgirans. Naz oriens ⁊ occidens duos motus ipſius, vnũ ſm quez cum vniuerſo circũfertur, ⁊ alterũ ſm quẽ per ſe econtrario mouet̃, accidit aliqualiter videri, eo q videatur ſecus terraz quieſcẽtem, ⁊ ſic nutare videt̃ propter hoc oriens ſolum ⁊ occidens, talis nobis videt̃. Et ſolus vtiq ſol hoc patitur, eo q maximus ſit ppinquorum, ⁊ fulgidiſſimus ⁊ manifeſtiſſimus. Hoc autem [ viſus ptenſus longe ] non tñ ſm effuſionem radiorũ /ait/ Alexã. videntibus nobis dixit. Nõ enim videtur hoc ſibi, ſed diaphanũ intermediũ viſum nũc vocauit, ex eo q per multũ intermediũ ſpatiũ ſpeciem nobis annũtians non adhuc ſimilr cũ eo qd eſt ppe noſtrũ viſum defert ſpeciem eius qd videtur, neq dominat̃ ipſi ppter eam quę ex longinquo traductionez. Sz ⁊ hoc [ quare potens exiſtẽs ad ipſos pertingit viſus ] videtur /ait/ Ariſt. de intermedio diaphano intellexiſſe. Sentiẽs autẽ Alex. [ quod valde improbabile erat diaphanũ vocare viſuz, ] ⁊ dicit ipſuz volui ppter debilitatez, q̃uis de viſu /ait/ dicat ⁊ radijs, non tñ acceptãs dicit vtiq, ſed eo q eędẽ quidez fiunt paſſiones, ſiue diaphanum intermediũ fuerit patiens a ſenſibili, ⁊ annũtians viſui, ſiue a viſu emittantur radij, magis autez conſuetum ſit tale, quia mathematici ſic loquũtur, in multis enim ipſo ⁊ ſi non placeat vtitur. Qz autez non ſit poſſibile ſic ſe habere in eo libro qui de ſenſu ⁊ ſenſibilibus inſcribitur oſtendet. Qz autez dicit planetas nõ ſcintillare, ⁊ quidem ſole exiſtente vno ex planetis ⁊ ſcintillante, aut alios pręter ſolẽ /ait/ aut planetas proprie dicet vtiq ipſos quinque pręter ſolem ⁊ lunam. Et palam q hoc ſm pdominans dixit. Qz enim ⁊ Mercurius inter planetas ſcintillat, ſignificat ⁊ nomẽ hoc impoſitum ſibi. ſ. ſtilbon. Quibuſdaz autem ⁊ aſtruz veneris videtur tale pati, ⁊ melius ad proprietates aſtrorũ magis hoc referre, ſicut colores. Quoniam autez quidam Ariſtotelem a Platone diſſentire cõtendunt, vt ⁊ hoc ipſorũ dogma diſſonum pponãt, cum Plato quidem dicat non erraticas ſtellas duobus moueri motibus, vno quidem a cęlo circũdelatas, alio autez proprio circa ſua cẽtra circũlatas ⁊ circũgiratas. Ariſtoteles autez circũgirationez interimet. Videamus [ ſi videtur ] vtriuſq ſentẽtiaz, ⁊ primo dicta a Platone audiamus ſcribente in Timęo ſic. Diuini quidez plurimam ſpẽm ex igne ↄdidit vt q̃ fulgidiſſimuz videretur ⁊ pulcherrimuz eſſet. Vniuerſo autem aſſimilans circularem fecit, poſuitq in optimi prudentiam, atq illud ſequi iuſſit, ⁊ circa omne cęlum diſtribuit vt verum ipſi ex hac varietate ornatum accederẽt, ⁊ vniuerſaliter motus duos adaptauit vnicuiq, hunc quidem quo ſm idem in eodez ſemper volueretur, hunc autem quo ad anterius ab ipſius ⁊ ſimili vertigine ducerẽtur. Quinque autez motibus immobiles ⁊ ſtãtes, vt q̃ maxime ⁊ ipſorũ vnũquodq quo ad fieret eſſet optimum. Ex quo itaq facta ſunt quęcũq non errantia aſtrorum diuina animalia, ⁊ ppter hoc in eodez verſa ſemper manent, quę autez vertũtur, ⁊ erratica mutatione labuntur, ſicut in pcedentibus dictum eſt ſm illa facta ſunt. In his autem Plato vnumquodq nõ erraticorum aſtrorũ duobus motibus moueri /ait. Primo quidez circa ſuiipſius centrum in eodem manẽtia. Secũdo ab eo autez in anterius qui fit a continente ipſa cęlo. Ariſtoteles autem qd quidem tollat circũgirationem conſtat. Tollit autez ipſam non tñ neq totaliter exiſtentem in ipſis, ſed tñ nõ ſolam exiſtentem quieſcentibus ſphęris, neq apparentis ipſorum ſm locum tranſlationis exiſtentem cauſaz. Dicit enim [ circũgirata enim vtiq manerent in eodẽ, ⁊ nõ tranſmutarent locum. Quod quidem videtur, ⁊ oẽs aiũt. ] ⁊ in his, quę deinceps etiam naturam tñ idoneum auferre ab ipſis /ait/ omnia per quę contingeret prouidere per ſe, ſphęricitatem autez ipſis relinquere, vt compleat motum apertiorem in ipſo. Sic eniz vtiq /ait/ ⁊ citiſſime mouerentur, ⁊ maxime eũdem locum obtinerent, quę quidem ambo circũgirati ſunt propria, ſed etiam in ſermonis. Quoniaz igitur oportet /ait/ cęlum quidem moueri, eo qui in ipſo motu, alia autẽ aſtra non procedere per ſe ipſa, rationabiliter vtrunq erit ſphęricum, ſic enim maxime hoc quidẽ mouebitur, hoc autẽ quieſcet, q̃re vbiq non procedere per ſeipſa tollit talem motuz, ſed nõ ſimpliciter moueri. Et cęluz quidem moueri dicit /tñ partibus ipſius ppter magnitudinem ſenſibilem habentibus tranſlationem, ſtellas autem quieſcere tñ volutatione partium ipſarum, ſm motum circa propria centra nõ viſa, totalitate autem ipſarum, eũdez ſemper locũ cęli obtinente, vniuerſalr autem ſi naturalia ſunt ⁊ aſtra, ſubſtantię eiuſdem ſunt cum cęlo. ſ. quintę, ⁊ figura eadem informata ſunt. ſ. ſphęrica, quomõ non ⁊ motum vtiq habebunt eũdem, naturalia pręſertim exiſtẽtia. Si autez vt in ſequentibus dicit, ⁊ actione ⁊ vita, animata. vz. cęleſtia omnia participant, quomõ vtiq immobilia erunt per ſe aſtra: Quãuis enim partes ſint cęli, tamẽ tales partes, vt ⁊ totalitatem ppriam habeant, ⁊ circũſcriptionem determinataz. Adhuc autez ſi ⁊ ad manſionẽ idonea eſt ſphęrica figura, nullum vtiq erit corpus /natura circulariter mobile. Attendẽdum autem ⁊ ad totum argumentum, ſphęrica enim cum ſint, aut ſm circũgirationem, aut ſm volutationem mouebũtur motu, quo mota videntur, ſz

Pro hoc vide liord de mundo q Ariſt. tribuitur / vbi Mercurium vocat ſtilbo.

Vide Timeũ vbi appꝫ ſingulis ſtellis fixis ſuũ motorẽ aſſignare / ⁊ ſuo orbe circũduci. idẽ i Plono i ſuo li° de cęlo. idem auctor theorice planetarũ vt dicere i theorica octaua.

neq; ſm circūgirationem eſt hęc, quę enim circūgirant̄, in eodem loco manent, neq; ſm volutationem, vt oſtendet. Non ergo hoc motu tranſmutantia locū, per ſeipſa mouentur. Non autem hoc oſtendit, ꝙ hunc ſolum habent tranſitiuū motum aſtra, qui a cęlo fit, alium nō habentia. Niſi forte oſtendere ſolū non circūgiratū apud orizontem, videtur penitus circūgirationē interimere. Sed ſi ſm ſe circūgirationē interemiſſet, nō vtiq; a trāſmigrare ipſum interimeret dicens. Circūgirata enī vtiq; manerent in eodem, ſed quoniam ſol circūgiratus oriri videtur, ⁊ occumbere noſtro viſu volutato vt videatur ſm circūgirationem tranſmutare locū. Propter hoc eā, quę a ſole inſtantiam ſoluit, auxilians per hoc ꝙ circūgiratum in eodem manet, ⁊ oſtendens ꝙ quę in orientali ⁊ occidentali progreſſu ſolis apparēs circūgiratio, nō eſt ipſius ſolis, ſed noſtri viſus. Audire autē oportet ⁊ optimum aſtronomorū Ptolęmeum dicentem in 2° li° ſuppoſitionū, q rationabilius ſit mouere quidē aſtrorū vnūquodq;, quia hoc eſt ⁊ virtus, ⁊ operatio ipſoꝝ, ſm ꝓprium ſcḋo locum ⁊ circa ſuiipſius medium, regulariter rurſum ⁊ circulariter volui iuſtū eſt meſſe, qḋ ⁊ in continentibus ipſum conſiſtentię inuenitur.

Ad euidentiaz aũt adducens qđ dicitur ſupponit terraz fieri factãq; ſicut ⁊ phiſiologoꝝ quidaz ⁊ ipſi ordinẽ eorum quę in mũdo ſunt pꝛioꝝ ⁊ poſterioꝝ per generationem inſinuantes, ſed illi quidem circũgirationez cauſaz eſſe dicentes violenter ipſam ad mediũ dicunt ferri. Melius autem ⁊ verius dicere hoc fieri eo quod naturaz habet grauitatẽ habens ferendi ad medium. Supponens igitur terraz mixtam adhuc aliꝗs, deinde ſegregari ſicut Anaxagoras videbatur dicere, ⁊ actu ex potentia factã ⁊ motam ad medium. Siquidez vndiq; ab extremis ęque ferantur grauia ad medium vnum, neceſſe eſt vndiq; ſimili appoſito ęqualiter a medio diſtare extremum. Hęc autem figura eſt ſphęrica, ꝗ ſi non vndiq; aut ſimilit̃ conuenerint ad mediũ partes ipſius, ſed hinc quidem plus, hinc aũt minus, accidit tñ idẽ. Et ſic eni neceſſe eſt figurã fieri ſphęricã, ſm ꝙ eni maioꝛ appoſitio fit ſm hoc grauitate creſcẽte ſuppoſitũ min[9] extãs ⁊ leui[9] expellet̃ a grauioꝛi. Donec itaq; expulſa leuioꝛa a grauioꝛib[9] ad alterã ptez cẽtri cõgregata, ęque repentia cũ expellẽtib[9] ſm id quod ad cẽtrũ ſtudiũ ſimile fiãt. Sic quidez ⁊ Alexãder nõ quia ſupergredi cẽtrũ, putat aliqđ graue paſſum. Nam qđ exit a centro ad ſurſuz, pʒ ꝙ cedit ⁊ quod pellit ipſuz ad ſurſum pellit. Quomõ igitur grauius ad ſurſum pellet̃ ſm naturã, totaliter enim apud centrum factum, neq; grauitatem iam habebit vt pellat. Et Ariſtoteles autez plane grauioꝛa vſq; ad medium pellere/ait/ſed non ſupra medium pellere. Quomõ igitur dicitur eſt plus ꝙ ante ipſum minus pꝛopellit, ⁊ hoc vſq; ad medium accidit exiſtens pꝛopulſio alterius aliud pellentis ⁊ redigẽtis in rotunditatem eoꝛum, quę ex vtraq; parte ſimul cedunt vt dixit ⁊ tumeſcentium ꝓpter coartationẽ. Sic eniz in vnã ſupꝰficiẽ ꝯſtituuntur, ſed ⁊ prominens ſemꝑ remotius a centro exiſtens feſtinans ipſi pꝛopinquare deoꝛſum fertur ad concauius. Et ſic ſphęricitas fit ⁊ per eã igitur quę ſm ſuppoſitionem generationez terrę, ſphęricitatẽ ipſi[9] inſinuans, ⁊ ꝙ mediuz ipſius vndiq; ęqualiter diſtat ab extremis īducit quãdaz dubitationẽ naſcentẽ ab his quę cẽtrobarica dicunt̃ ab ipſis mechanicis. Cẽtrobarica quidez igitur qualia multa, ⁊ gratiſſime Archimedes, ⁊ alij multi deſcripſerũt intẽtionem hñt, quomõ dato grauitatis centrũ inueniatur/hoc eſt punctum aliquod in coꝛpore a quo ſuſtentaculo aliquo extra tangente ſuſpẽſuz ſine declinatione erit coꝛpus. Palaz autem ꝙ vniuerſi idẽ erit mediuz magnitudinis ⁊ grauitatis, ſed dubitatio eſt talis. Si terra in medio exiſtente ⁊ ſphęrica exiſtẽte multupla aliqua grauitas ſupueniat ad alteꝝ hemiſphęriũ, palam ꝙ non adhuc idem mediũ terrę erit ſm vnã partem multupla ei quę a pꝛincipio magnitudini addita, ſicut ⁊ pꝛius terrę erat medium idẽ ⁊ mũdi exiſtẽs. Quare non quieſcet tunc terra in medio, nõ eni adhuc in medio vniuerſi eſt conddita tãtũ ad vnã ptẽ, aut ſiquidẽ, ⁊ ſic habẽs quieſcit ꝙ per appoſitionẽ in hõc, aut ſiquidẽ iſinuatur, quieſcet ⁊ nunc etiam extra mediũ vniuerſi poſita ⁊ nõ mediuz habens vniuerſi medium. Et ſi nulla ipſi grauitas ad alteram partem appoſita fuerit. Siquidez appoſita extra medium facta per appoſitionem tamen quieſcere ſupponitur. Cum dixiſſet autem quieſcet quia ⁊ nũc ⁊ non medium habens adiecit qua nata eſt moueri. Dicit autem ꝙ ſm illud quieſcet ꝙ extra mediuz ſm quod non quieſcere, ſed moueri nata eſt. Inconueniens autez in illo quieſcere ſm quod nata eſt moueri. Multuplã autem appoſitã grauitatẽ ſuppoſuit, vt q̃ nũc grauitas medq ipſius remotiſſime fiat a medio. Hoc igitur cum dubitaſſet ab ea quę in generatiõe terrę ſuppoſita additio, ne ꝙ ſm alteram ptẽ coagumentata terra multupla ſui ipſius magnitudine neceſſe medio ipſius remoto ab eo quod ſm grauitatẽ fit tẽpoꝛe ad illã partez ad quã facta eſt grauitatis additio, ⁊ nõ adhuc manere in medio, aut ſiquidem ſic habens, vt pꝛopter appoſitionem ſit extra medium ⁊ poſſet manere, quieſcet ⁊ nunc ſine appoſitione non medium obtinens ſm quod non manere ſʒ moueri nata eſt. Quod quidem inconueniens eſt, neq; eni quieſcet ibi qua nata eſt moueri, ſed ibi vnde non eſt nata moueri, ꝙ quidem inconueniens eſt, neq; enim quieſcit ibi qua nata eſt moueri, ſed ibi vnde nõ eſt nata moueri. Quod quidem igitur dubitatur/ait/hoc eſt, nõ difficile autem videre ⁊ attẽdere dubitationi ⁊ ſolutiõi parum intendentes videlicet, aut magis pꝛioꝛem ſermonez intendentes ſupponentem generationem terrę ⁊ diffinientes quomõ dignã eſſe cenſemus quãtãcunq; magnitudinem grauitatem habentem ferri ad medium. Nunc autem determinatur quod non vſq; ad hoc ſoluz fertur grauitatem habens ad centruz quouſq; ſui ipſius vltimo tangat centrum ⁊ veluti inſideat ipſi. Sed amplioꝛ ſemꝑ grauitas minoꝛi pręualens, ⁊ aut extrinſecus ipſa, aut cõglobata in molem ⁊ vnita ipſi vſq; ad tantũ fert̃ ad medium donec poſſit inextenſa ⁊ redacta in ſphęram in ſe ipſa in medio, hoc eſt concaua ſuperficie compꝛęhẽdatur vniuerſi medium, vſq; ad hoc enim inclinationẽ habet. Quare ⁊ ſi apponatur terrę grauitas/qualem dubitans ſermo ſuppoſuit non manet pꝛominens, ſed fiet ⁊ ipſum ſphęricum ⁊ compꝛ̃hendet terrę ſuperficiẽ, ⁊ erit iterum quod a pꝛincipio medium, ⁊ eius quod cuz appoſitione medium eſt. Neceſſe enim ⁊ hoc terreum ſm totum ſeipſum velle appꝛopinquare medio vſq; ad hoc habet inclinationem. Si eniz adhuc moueatur tranſmutãs ſuiipſius medium ad vniuerſi medium, ſurſum vtiq; ferretur ⁊ pręter naturaz. Nihil autem/ait/differt ſiue aliquis de parte terrę, ſiue de tota faciat ſermonẽ. Non eni pꝛopter paruitatem aut magnitudinem accidit quod dictum eſt, ſed pꝛopter naturalem inclinationem ad medium, quare ſiue tota alio ferrebatur vt dicunt qui ipſaz aliquando ſeparatam a mixtione in medium ferri dicẽtes, ſiue ſecundam partem neceſſe eſt vſq; ad hoc ferri, donec vtiq; vndiq; cõtentũ ſiſt accipiat mediũ, minoꝛibus ſemꝑ ęqlẽ ſupꝰficiẽ maioꝛib[9] accipiẽtib[9]. Maioꝛib[9]

enĩs ꝛ grauioribus ad deorſuꝫ magis cedētibus minoꝛa ꝓpulſiõe inclinatiõis huius ex vtraqꝫ parte maioꝛis expulſa ad ſurſum ęqualē ipſis eſſomūt ſuperficiē, ꝓ ꝗ autem neceſſariū vſqꝫ ad hoc ferri. Alexāder aliū cõtextū aliamqꝫ ſcripturā acceptans inqt cū hoc ferri.i. cum ea ꝗ ad mediuꝫ inclinatione, ꝛ ſic acceperat alteraꝫ. Cõcludēs autem argumētuꝫ Ariſtoteles ſiue facta eſt /ait/ terra, neceſſariū ſic factaꝫ eſſe, vt dictū eſt, ſm eā quę ad mediuꝫ inclinationē vt ſphęrica ſit ipſius figura, ſiue ęterna exiſtens perſeuerat eūdem habet modū quo gdē ꝛ genita ꝓ vtiqꝫ fuiſſet, ꝗre ꝛ ſic neceſſariā ipſaꝫ ſphęricā eſſe.

❡ Et quia grauia oĩa ferũtur ad ſimiles angulos, ſed non ęque diſtantia, hoc autē aptū natum eſt ad natura ſphęricū. aut igit̃ eſt ſphęrica, aut natura ſphęrica. Oꝑꝫ auteꝫ vnūqodqꝫ dicere tale qd natura vult eē ꝛ qd exiſtit, ſed quod non vi ꝛ ꝓter naturam.

Com.64. ❡ Scdm hoc argumentū eſt eo ꝙ fert̃ ad ſimiles.ſ. ad ęquales angulos grauia oſtēdens ꝙ ſphęrica eſt terrę figura. Omnibus enĩ ad idē vndiqꝫ ſimul impulſis, ꝛ alys alys ſupappoſitis ſm ſimileꝫ inclinationē ęquales neceſſe eſt fieri eas quę a medio ad qd omnia concurrunt ad extrema, hoc auteꝫ eſt ſphęrica figura ꝓpter quod ad ſiles angulos deorſum ferri grauia ꝛ nõ ęque diſtantia ad naturā ſphęricū natuꝫ eſt. Vndiqꝫ enim nõ poſſibile eſt ad ſimiles ferri angulos delata grauia eo ad qd feruntur nõ habente ſphęricā figurā. Q̃ ſi autem nõ olno ꝓ certo habebat ſphęrica terrę figura ꝓpter ꝓminētias mõtium, ꝛ cõcauitates, ſphęrica /ait/ terra, ſigs talem differētiaꝫ minimā exiſtētem rõcinetur. Neqꝫ eniꝫ ſi aliquis miliuꝫ ſuperponat magnę ſphęrę cereę retrahet nos vtiqꝫ ipſam vocare ſphęraꝫ ꝓpter milij ſuprapoſitionē. Aut ſi quis diligenter examinet, ꝛ ſic natura ſphęrica eſt, natura enĩ vndiqꝫ annuit medium vt inſinuat olum grauiuꝫ ad ſimiles angulos deorſuꝫ latio. Si igit̃ oꝑꝫ vnūquodqꝫ tale dicere quale eē ꝛ exiſtere natura vult, ſed non quod vi ꝛ ꝓter naturaꝫ, perſpicuū eſt ꝙ ſphęrica vtiqꝫ merito terra dicetur. Bene autē Alexāder apponit cauſam huius qd non pro certo ſphęrica eſt terrę figura diſſimilitudinem terrę pro cauſa ponēs ꝛ inęqualem reptioneꝫ. Non enim oībus /ait/ grauibus coꝛpoꝛibus mediū inclinationis ꝛ grauitatis, hoc mediū certitudinaliter ꝛ magnitudinis eſt, ſed in qbuſdaꝫ variatur. Nõ enim omnia grauia ęque grauia ſunt, feſtināt autē grauia inclinatiõis ꝓpria inclinatione medij ad capeſſendū medium non magnitudinis medio ꝓpter qd nihil ꝓhibet medio terrę ſm inclinationem exñte in vniuerſi medio diſtātias magnitudinis terrę eas ꝗ a medio veniūt nõ diquaqꝫ ęq̃les eē.

❡ Adhuc autē ꝛ per apparentia ſm ſenſum, neqꝫ enim vtiqꝫ lunę eclipſes tales haberent deciſiones, nõ eniꝫ his quę ſm menſem figurationibus oēs accipit differētias. Eteniꝫ recta fit, ꝛ amphicircos ꝛ concaua. Circa eclipſes auteꝫ ſemꝑ gibboſam hꝫ determinātꝫ lineaꝫ. Itaqꝫ quoniā quidem eclipſatur propter terrę interpoſitionem. Terrę vtiqꝫ erit rotunditas figurę cauſa ſphęrica exiſtens.

Com.65m. ❡ Tertiū hoc argumētum euidens ab apparētib⁹ ſenſui circa eclipſim lunę. Nõ enim vtiqꝫ lunę eclipſes apparerent gibboſam ſemꝑ lineam habētes diſtinguētes lumínoſum ꝛ vmbroſum lunę ſi nõ ſphęrica eſſet terra. Si.n. lunę eclipſis accidit ea incidēte in vmbrā quę a terra fit inſtar coinexiſtentē, aut chylindricaꝫ, aut calathoydalē. Nam alterius exiſtēs figurę, non vtiqꝫ gibboſaꝫ faceret abſciſiones ſemꝑ lunaris ſphęrę. Oēs autem tales vmbrarū figurę a ſphęrica figura facte oſtenſe ſunt, nā maioꝛi exiſtēte ſole ꝗ terra vmbra conoydalis fiet, ęq̃libus autē exiſtētibus ambobus chylindrę inſtar. Si auteꝫ minoꝛ eſſet ſol calathoydalis ꝛ veluti colucus totius anguſtius verſus terrā habens. Si igit̃ quę diſtinguit gibboſa ſemꝑ eſt, quę autē ſemꝑ gibboſa a tali ꝓuenit, vmbre autem tales oēs ſunt a ſphęrico coꝛpoꝛe, ſphęricā vtiqꝫ habebit figuram terra ſm poſitionem qdem quādam ſolis ad terram ꝛ tympanoydalis exiſtēs terra talem vmbraꝫ redderet. Semꝑ autē ꝛ ſm omnem poſitionem nõ vtiqꝫ ſi non ſphęrica eēt, ꝙ autem non circa lunaꝫ non natam ſm rectā lineam abſcindi accidit ꝙ in eclipſibus gibboſa ſemꝑ diſtinguens ſit, ſed penes vmbrā, meminit ex eo qd luna in figurationibus qdem quę ſm mēſeꝫ in qbus nihil in ipſam vmbra facit oēs accipit diuiſiones. Eteni recta fit diuiſio in dichotomis apparitionib⁹ ꝛ amphytircos in amphytircis, ꝛ cõcaua in luminaribus. In eclipſibus aūt ſemꝑ gibboſam hꝫ determinātem lineam.

❡ Adhuc autem per aſtroꝝ apparentiaꝫ non ſolum manifeſtū, quia rotūda, ſed ꝛ magnitudine non exiſtēs magna. Modica enim facta trāſlatione nobis ad meridieꝫ ꝛ arcticū, manifeſte alter fit oꝛizon circulus, ita vt quę ſuꝑ caput aſtra magnā habeat trāſmutationeꝫ, ꝛ nõ eadem videātur, ad arcticū ꝛ meridiē trāſmutātibus. Quędaꝫ eniꝫ in egypto qdē ſtellę videntur ꝛ circa cyprū. In his autē quę arcticuꝫ regionibus nõ videātur, ꝛ quę ſemper in his quę ad arcticuꝫ apparēt aſtroꝝ, in illis locis occultātur. Quare nõ ſolum ex his palam rotūdam eſſe figurā terrę, ſed etiā ſphęrę non magnę. Nõ eniꝫ vtiqꝫ ſic velociter palam faceret trāſlatio ita modicū, ꝓpter quod exiſtimātes copulari eū qui circa herculeas colūnas locuꝫ ei qui circa indicū, ꝛ hoc modo eſſe mare vnuꝫ nõ valde ſuſpicari incredibilia videri. Dicūt auteꝫ argumētātes ex elephantibus, quoniā circa vtraqꝫ loca extrema exiſtentibus genus ipſoꝛuꝫ eſt tāq̃ꝫ extremis propter copulari adinuicem hoc factis.

❡ Quartuꝫ argumētuꝫ hoc oſtēdentiuꝫ ſphęricam terrā qd quidē iam, ꝛ de magnitudine ipſius oſtēdit ꝙ puncti rõnem hꝫ ad cęlum. Si eniꝫ ad vtraꝫ nobis qdē trāſeuntibus, quę qdem vocatur Canobus ſtella, nõ apparet totaliter. Aſtra autē vtſe ſuper caput videntur eē ſemꝑ, his auteꝫ qui Dyopolis thebaida. Quę qdem Canobus eleuata fertur, vltima autē ſtella magne vtſe occūbēs videtur ꝛ oꝛiens. Cõſtat ꝙ etiā ad modicā tranſlatio diuerſi fiunt oꝛiçõtes, hoc autē ꝓpter ſphęricā eſſe terrā accidit. Si enim tympanoydalis eēt ab vltimis ad vltima motis nobis idē oꝛiçon maneret eo qd in vno ꝛ eodem manēt plano ꝓcedentes, ꝛ eadeꝫ vtiqꝫ apparet ſemꝑ circa aſtroꝝ ſi poſitio. Si igit̃ diuerſi oꝛiçontes ꝛ ſphęrica terra ꝛ nõ magna, ſiqdem ꝛ non multuꝫ ꝓcedentibus notabilr variātur. Magna eniꝫ aliqua exiſtēte ſphęra nõ vtiqꝫ facile Com.66m.

conſpicabilis

conſpicabilis mox eſſet orizontũ variatio. Si aũt nõ val de magna (ait) eſt terra non opꝫ putare incredibilia dicere exiſtimãtes locũ qui maxime ad occaſuꝫ, ⁊ eũ qui maxime ad orientẽ cognitoꝝ nobis locoꝝ, eũ.ſ.q circa Gadyra ⁊ Eracleas colũnas quẽ Eracliã vocauit, ⁊ eum qui circa Indicũ copulari inuicẽ non delonge. Et ſic eſſe mare vnũ vocatũ rubrũ, ⁊ id qḋ apud nos. Argumẽtantur aũt ꝙ non multo aliquo diſtant abinuicem dicta loca, eo ꝙ in ambobus extremis exiſtibus noſtrę habitationis elephantũ genus ſit tanq̃ extremis his ꝓpter copulari inuicẽ pati.hoc.ſ.ferre elephantes hic ⁊ illic eos vt videt paſcentes. Non enim ſimilitudinẽ locoꝝ oſtendere vult (vt eſtimo) per hęc.ſ.vicinitatẽ. Similitudo enĩ poterat ⁊ multum diſtãtibus ineſſe eadem exiſtente fere aeris cõſtitutione habitantibus ſub eiſdem paralellis.

**¶ Et mathematicoꝝ igitᵉ quicũq; magnitudinẽ ratiocinari conãtur/vel acceptant rotũditatis ad q̃draginta dicunt eſſe myriades. Ex quibus argumẽtationibus non ſolũ ſphęricam molẽ neceſſariũ eſſe terrę, ſed ⁊ non magnã ad aliorum aſtroꝝ magnitudinem.**

Com. 67. ¶ Et hanc vltimã perſuaſionẽ a teſtimonio mathematicoꝝ producit huius ꝙ ſphęrica ſit terra, ⁊ nõ magna ad magnitudinẽ aſtroꝝ cõparata. Et tanq̃ ſphęricę exiſtentis mẽſuras tradiderũt ⁊ nõ valde magne. Siquidẽ in ſtadia tot cõductã magnitudinẽ ipſius collegerũt. Sed ⁊ ſolem ipſuꝫ centũ ſeptuagintuplũ terrę fere oſtẽderũt in magnitudine pedali apparentẽ ꝓꝑ diſtantiã, vt ſi terram aliquis a ſole aſpiceret centeſimã ſeptuageſimã habentẽ pedalis diſtenſionis videret. Si autẽ non erraticoꝝ aliqua exiſtentia maiore ſole tanto minora apparent ꝓꝑ diſtantiã, ⁊ ad hęc terra cõparata minimã vtiq; inſinuabit magnitudinẽ. Alioꝝ aũt aſtroꝝ dixit, qꝛ ⁊ terrã vnũ aſtrorum ſymbolice dicebant Pythagorici. Si ṽo aliquis ad nõ erraticã totã ſphęrã cõparat terram vere ſine diſtenſione ⁊ centri ꝓprie rationẽ hñs apparebit ad ipſaꝫ. Euidens aũt hoc ⁊ ab eo ꝙ centruꝫ inſtr̃oꝝ quę aſſumentur ad aſtronomiã.ſ.quadrãtis ⁊ aſtrolabioꝝ in oĩ parte terrę poſita centro vniuerſi ꝓportionant̃. Cuꝫ autẽ menſurę terrę meminit Ariſto. quadraginta myriadũ ipſius dici peripheriã dicẽs, bene vtiq; habebit ⁊ ꝓpter incredulos ſapiẽtię antiquoꝝ viroꝝ methoduꝫ menſurationis breuiter cõſcribere ſumentes adioptra duo non errantium aſtroꝝ graduali abinuicẽ ſeparata diſtãtia, hoc eſt trecẽteſima ſexageſima parte maximi circuli qui nõ erratica eſt. Et inuenientes iteꝝ per adioperã loca quibus ſm verticẽ ſunt duo aſtra ⁊ intermedia diſtãtiaꝫ per odometriã menſurantes inuenerunt ipſaꝫ quingentoꝝ ſtadioꝝ. Ex quo colligitur ꝙ maximus circuloꝝ terrę hꝫ ꝑimetrum myriadũ.18. vt Ptolomęus in terrę deſcriptione ratiocinatus fuit. Quoniã autẽ oſtendit̃ ab Archymede ꝑimeter circuli triplus dyametri, ⁊ adhuc ſeptima parte ipſi⁹ ſuperexcedẽs erit dyameter myriadũ quinque ⁊.7143. Oſtẽditur aũt iterum, qꝛ a dyametro ⁊ quarta ꝑte ꝑimetri ęquale areę circuli, vt ſit planũ circuli myriadũ duplarum areaꝝ.25. ⁊ ſimpliciũ.7728. ⁊ adhuc ſtadioꝝ.5000. Iterum autẽ oſtendit̃ ꝙ tota ſphęrę ſuperficies quadrupla eſt areę circuli maximi qui in ipſa eſt, vt colligat̃ ſuperficiei magnitudo ſtadiorum myriadaꝝ duplaꝝ.103. ⁊ 714. Vt autem ⁊ ſolida magnitudo terrę inueniat̃ maximus circulus habẽs myriades duplas.25. ⁊ ſimplices. 7728. Et adhuc.5000. vnitates multiplicetur ſuper dyametrum ⁊ fit chylindrus baſem qdem habens ęqualem maximo circulo, altitudo autẽ ęqualis eſt diametro myriadum triplarum.147. ⁊ duplarum.688. ⁊ ſimplicium 4380. ⁊ adhuc.50000. vnitatum. Et qm̃ ſic habens chylindrus eſt emiolius ſphęrę, auſero ab his tertium ⁊ reſiduum numeꝝ habeo ſolidi ſphęrę terrę myriaduꝫ triplarum.98. ⁊ duplaꝝ.4063. ⁊ ſimpliciũ.6446. ⁊ adhuc vnitatũ.9503. ad tãtam autem magnitudinem terrę montium eleuationes non ſunt ſufficientes ſphęricam ipſius figuram auferre, neq; mẽſuras collectas tanq̃ ſphęrica exiſtentẽ ipſam criminari. Nam Eratoſthenes eam quę ab altiſſimis montibus ad demiſſiora cadenteꝫ perpendicularem oſtẽdit per dioperã menſurans ex elongationibus exiſtentem ſtadioꝝ decem. Si autem Ariſtoteles magnitudinem peripherię terrę ad quadraginta myriadas ratiocinari mathematicos (ait) peripheriaꝫ omnino ſuꝑficiem ipſius dicens. Quoniam non appoſuit ſtadiorum eſſe hanc menſuram incertum eſt ſi diſſonat ad poſterius collectum ſuꝑficiei terrę numerum ſtadioꝝ. Et ſi diſſonat nihil mirum nõdum enim inuenta fuerunt ab Archymede elaborata theoremata ad cõpręhenſionem propoſiti certam. Forte autẽ neq; Ariſtoteles videtur tanq̃ certam hanc mẽſuram acceptans, ſed tantum accepit ex ipſa ſolũ ꝙ nõ eſt valde magna cũ ſit tãtę mẽſurę.

¶ Clariſſimi Philoſophi Simplicij Cõmentariũ in tertiũ Librũ de Cęlo/Gulielmo Morbeto. Do. interpte.

NIHIL forte ꝓhibetur etiã nunc ad memoriã reuocare totiᵘ tractationis intẽtionẽ qḋ ſit de ſimplicibus in mũdo corporibus q̃ p̃ a principijs ꝓponunt̃. Quinque autẽ exiſtentibus his vt ex ſimplicibus motibus oſtẽſuꝫ eſt.ſ circulariter mobile, ⁊ quattuor quę ſub luna. In primis duobus libris quę de circulariter mobili corpore oĩmodã theoremata tradidit, ⁊ quęcunq; de mundo dicere videbatur, ſcꝫ ꝙ vnus ⁊ finitus ingenituſq; ⁊ incorruptibilis tanq̃ propter cęlum in exiſtentia mundo in illis mẽtionem fecit, ⁊ quę de terra dicta non ſimpliciter vt de terra dicta ſunt, ſed tanq̃ habente habitudinem ad cęlum. Propter quod de poſitione ipſius in vniuerſo dictum eſt. Et de manſione ⁊ figura, ⁊ de ea quę ſm magnitudinẽ comparatione ad cęlum. Hinc autem de his quę ſub luna ſimplicibus corporibus incipit docere, ꝙ neq; infinita numero neq; vnum, ſed quattuor, ⁊ ꝙ generabilia, ⁊ neq; ex incorporeo generabilia neq; ex alio corpore, ſed mutuo inter ſe fiunt. Et neq; ſm ſegregationem, neq; ſm cõpoſitionem ⁊ diſſolutionem planorum aut atomoꝝ. De his enim in pręſenti libro docebit ſicut in quarto de virtutibus ipſoꝝ. Quod autem vt de ſimplicibus ⁊ primis corporib⁹, ⁊ de his facit ſermonem vt de cęlo. Inſinuat ꝙ ⁊ hic iteꝝ eodem prohemio vtitur, oſtendendo ꝙ naturalis facultas de corporibus eſt inſinuant etiam quę in prohemio ſunt manifeſta.

## ¶ Incipit Liber Tertius/de Cęlo.

**DE primo quidẽ igitur cęlo ⁊ partibus. Adhuc autẽ de latis aſtris ex quibus conſtat/⁊ qualia quędã natura ſunt, adhuc autẽ quoniam ingenita ⁊ incorruptibilia pertranſiuimus prius.**

Com. p^m. PROHEMIVM etiam hic breuem rememorationem habet eorum quę prius oſtenſa ſunt in primo ⁊ ſecundo libro. Primum autẽ cęlum corpus cęleſte dicit ſi enim cęlum ⁊ mundus to,

Adiopra eſt inſtrũ geometricũ ⁊ aſtronomicum.

rus vocatur. Per hoc primuꝫ ⁊ principaliter cęlum iſtud vtiqꝫ erit.ſ. octo ſphęraꝝ coniuncta vnitas, de qua in primo libro ſermonē fecit. Partes autēꝫ ipſius proxime dicit octo ſphęras, partes quidem eniꝫ ſunt etiaꝫ aſtra, ſed partium partes. De partibus aūt ipſius ⁊ de aſtris in ſecūdo libro pertrāſiuit, cętera autē in cōi de oībus intelligendū eſt.ſ. de primo cęlo ⁊ de partib⁹ ipſius/⁊ de aſtris. Etenim ex quibus cōſiſtunt, qꝛ ex quinta eſſentia, ⁊ qualia quędā ſm naturā qꝺ non inanimata corpora, ſed animata ⁊ intellectu ⁊ oꝑatione participātia, ⁊ ſm figuram ſphęrica. Adhuc aūt ꝙ ingenita/⁊ incorruptibilia/⁊ inalterabilia/⁊ iꝑaſſibilia/⁊ ab omni mortali difficultate remota. Hęc eniꝫ de omnibus dicta ſunt ⁊ oſtenſa ſunt cōſequēter. Si aūt vt Alexāder putat hoc.ſ. ex quibus cōſiſtūt ⁊ qualia q̄dā ſm nāꝫ ſunt ꝙ ſimilia ſphęris in qbus ſunt oſtenſum eſt. Et ꝙ ſphęrica ⁊ imobilia eſſent opꝫ ꝙ illud ingenerabilia ⁊ incorruptibilia non de oībus, vt ipſe dixit, ſed de aſtris intelligere, qꝛ de cęlo toto ꝙ ingenitū ⁊ incorruptibile ſit, in primo libro oſtēſum eſt.

¶ Quoniā autem eoꝝ quę natura dicunt̄, hęc quidē ſunt ſubſtantię, hęc aūt operationes ⁊ paſſiones horū. Dico autē ſubſtātias quidē ſimplicia corpora/puta ignē terrā ⁊ coelementata his ⁊ quęcūqꝫ ex his, puta totum cęlum ⁊ partes eius, ⁊ iteruꝫ animalia ⁊ plantas ⁊ partes horū, paſſiones autēꝫ ⁊ opera motus vniuſcuiuſqꝫ horuꝫ ⁊ alioꝝ quorūcūqꝫ ſunt cauſa iſta elementa ſꝫ virtutē ipſoꝝ. Adhuc autem alterationes ⁊ inuicē trāſmutationes. Manifeſtū quia de natura hiſtorię plurimā accipit de corporibus eſſe. Omnes enim naturales ſubſtantię/aut corpora/aut cum corporibus generātur ⁊ magnitudinibus. Hoc autēꝫ palam ex eo qꝺ determinatum eſt quę ſunt natura, ⁊ ex ea quę ſm vnūquodqꝫ vel quę per ſingula conſideratione.

Com. 2m. ¶ Facturus, vt dictū eſt, ſermonē de aliis ſimplicibus corporibus his quę ſub luna ſunt ſermonē eodē vtitur prohemio iteꝝ quo etiaꝫ exordio tractationis huius viſus fuit. Eſt aūt ratio talis ſm primū modū hypotheticoꝝ procedens. Si eoruꝫ quę natura dicūtur, alia quidē ſubſtantię ſunt, alia aūt opera ⁊ paſſiones taliuꝫ ſubſtantiaꝝ, plurimā accidit hiſtorię de natura de corporibus eſſe. Eteniꝫ ſermo de opibus ⁊ paſſionib⁹ corpoꝝ ad corpora reductionē hꝫ. Sed primū ergo ⁊ ſcḋꝫ. Interpoſita autē explanāt quędā quidē ſubſtātia nālis ſit, qꝛ corpora ⁊ quę etiā opa ⁊ paſſiones taliū ſubſtātiaꝝ exiſtant. In hypotheticis autē in quibus antecedēs/non ſolum veruꝫ eſt, ſed ēt euidens ⁊ ꝓbabile cōiunctione ſi/pro q̄ꝫ vtuntur coniunctiuo pro cōfirmatiuo, ꝓpter qꝺ tale axioma poſterioris coniunctiuū vocant. Et Theophraſtus aūt in primo ꝓorū analyticoꝝ cām talis viſus inſinuauit, ꝓpter hoc igit̄ ⁊ Ariſt. nunc dixit. Si eoꝝ quę natura dicūtur tanq̄ꝫ manifeſto hoc exiſtēte ꝙ eoꝝ quę natura dicūtur hęc qdēꝫ ſubſtātię ſunt, hęc aūt opera ⁊ paſſiones ſubſtantiarum. Quoniā aūt ſubſtātię ⁊ ſupra naturā ſunt merito diſcernit per illationē ſequentiū verboꝝ quę ſint nāles ſubſtātię, corporeas dixit ſubſtātias, ꝓpter qꝺ ex hoc antecedēte ſeqtur ꝯñs.ſ. eius quę de natura eſt hiſtorię plurimam eſſe circa corpora. Ignē aūt ⁊ terrā cum dixiſſet adiecit ⁊ cōiugata his alia tria dicēs ſimplicia.ſ. quintū, ⁊ aerem, ⁊ aquā. Hoc aūt ⁊ quęcūqꝫ ex his cōpoſita oīa ſignificat q̄ꝫ ꝯiter nominat.ſ. totum cęlū dicens ętherū omne ⁊ partes eius. Et iteꝝ in eo ꝙ ſub luna animalia ⁊ plantas, ac partes horuꝫ. Oīa enim quę ſub luna aut animalia ſunt/aut plantę/aut horū partes. Cuꝫ dixiſſet aūt quę ſunt naturales ſubſtātię, adiūgit quę ſunt paſſiones ⁊ oꝑa nālium corpoꝝ dicens. Motus qui ſm locū qui ſunt magis opa dictaꝝ ſubſtantiaꝝ ⁊ alia quoꝝ hi ſunt cā ſm nālem virtutem. Eteniꝫ non ſolū ſm locum mouet̄ ignis, ſed ēt calefacit ⁊ exſiccat nāliter ⁊ alioꝝ nāliuꝫ corpoꝝ vnūqꝺqꝫ ſm virtutē ſuam oꝑatur. Et eſt qꝺ generat̄ facientis qdē opus patientis aūt paſſio. Tales autēꝫ ⁊ alterationes alterātis quidē, oꝑa eius autē qꝺ alteratur paſſiones ⁊ inuicē tranſmutationes, hoc eſt gnātiones ⁊ corruptiones facientis quidē aut corrūpentis, opera eius aūt qꝺ fit aut corrūpitur paſſiones. Si igitur ⁊ opera ⁊ paſſiones nāles ſunt nāliū ſubſtantiaꝝ, hoc eſt corporaliuꝫ, merito dicebat illatio rōnis ꝙ plurima ſcīa de natura de corporib⁹ eſt. Plurimā aūt dixit, aut pro vniuerſaꝫ cū philoſophica reuerentia, aut ꝓpter plurimā, q̄ꝫ ⁊ de anima ⁊ de ꝓmo mouente inquantū nāli eſt ſermo. Etenim iſte ad hoc ꝙ cōtinua ⁊ ęterna ſit circulatio viſus fuit rōnibus de imobili cā. Aut plurimā dixit de corporibus eſſe ꝓpterea ꝙ ⁊ circa opera ⁊ paſſiones corporuꝫ alias exiſtibus pręter corpora. Et ſi ad corpora hęc reducant̄/aut qꝛ nāles ſubſtantię nō ſimplr ſunt corpora, ſed aut corpora, aut cum corporibus fiunt ſm cōionē animę ad corpus, palā/autē/ determinatū eſſe qualia ſunt quę natura vt prius oſtēdit ignem dicēs ⁊ terrā ⁊ coniugata his ⁊ quęcūqꝫ ex his. Et vīr quę in ipſis principiū motus habētia ſm ſe, hęc autē oīa aut corpora ſolū ſunt/aut cuꝫ corporibus. Adhuc autem palaꝫ hoc/aūt/⁊ ex ea quę ſm vnūquodqꝫ conſideratione. Vnaquęqꝫ enim ſpeculatio harū quas phyſicas dicimus de corporibus/aut de his quę ſunt cū corporibus eſt. Eadē aūt fere ſunt hęc cum his quę dicta ſunt a principio totius libri quę ſic ſe habent. Quę de natura ſcientia fere plurima exiſtit circa corpora ⁊ magnitudines horum exiſtentes paſſiones ⁊ motus.

¶ De primo quidē igit̄ elementoꝝ dictuꝫ eſt, ⁊ quale quid ſm naturā, ⁊ q̄ūo incorruptibile ⁊ ingenitū. Reliquū aūt de duob⁹ dicere.

¶ Oſtēſo ⁊ prius ⁊ nunc qꝺ tractatio de natura de corporibus eſt, ⁊ patet ꝙ de ꝓoribus ⁊ ſimplicibus deinde ſic de cōpoſitis. Nunc adhuc indiget de natura corpꝭ docere non quot ſint ſimplicia corpora tanq̄ꝫ iaꝫ tractatuꝫ de his ſit, ſed rememorāꝫ ꝙ de vno ſimpliciſſimo dictū eſt ſ. de cęleſti. Primū merito dixit tanq̄ꝫ ⁊ poſitione ⁊ tēpore ⁊ ratione cauſę eſſe ea quę ſub luna ꝓcedēs ad reliqua trāſit quę ſub luna ſunt. Elementū aūt cęleſte vt ſimplex vocat, quia non mundi elementuꝫ eſt, vt ait Alexan. ſed pars magis. Nam elementū per totū id ꝙ elementis conſtat penetrat ⁊ his quę cuꝫ ipſo elementis ſimul cōmiſcetur. Hoc aūt quale quid ſm naturā, qꝛ quintę cuiuſdam ſcilicet ęſſentię circulariter mobilis, ⁊ qꝺ incorruptibile ⁊ ingenitum. Reliquū autē eſt de duobus dicere.ſ. generationem ⁊ corruptionē habētibus, duo autē quattuor q̄ꝫ ſub luna dixit ad motus ipſa cōuertens.ſ. ſurſum ⁊ deorſum/⁊ ad inclinationes.ſ. leue ⁊ graue. Oſtēſo aūt prius a motibus ſimplicibus ꝙ tria ſunt ſimplicia corpora ſm genus.ſ. circulariter mobile, ⁊ quod ſurſum mouetur ⁊ deorſum, ⁊ de circulariter mobili, ⁊ cum dixiſſet merito intulit ꝙ reliquum eſt de duobus dicere. Com. 3m.

¶ Simul autē accidit de his dicentibus ⁊ de

generatione ⁊ corruptione inquirere. Generatio enim aut omnino non eſt, aut ſolū in his elementis ⁊ his quę ex his eſt. Ipſum autem hoc primo forte cōſiderandū vtrū eſt, aut nō eſt. Priꝰ quidē igitur philoſophātes de veritate, ⁊ ad ſermones quos dicimus nos, nūc ⁊ adinuicem diuerſificati ſunt.

Ca. 4ᵘˢ. ¶ Poſt ſermonē de ęterno corpore de generabilibus dicturus. Quęrit primo ſi eſt oīno generatio aut non, quā dicebant quidam non eſſe, ⁊ ſi eſt, quō quidē nō eſt, ⁊ quō eſt. Quoniā dicentiū gñationē eſſe quidā non ſm conueniens ipſam exponūt. Oſtenſo aūt primo ꝙ neceſſarius eſt de generatione ſermo dicturo de his quę ſub luna. Si quidē aut oīno non eſt generatio, aut ſolum in his eſt elementis quę ſub luna ⁊ in his quę ꝯſiſtunt ex his. Quęrit tam verū eſt generatio aut non eſt. Hoc enim eſt primum problematū. ſ. ſi eſt aut non eſt qđ proponit̄ quaſi nō penitus neceſſariū, ⁊ non dubiū ſic eſſe vt in generatione ſe habet. Nam primū de veritate philoſophātes ſpeculatione ⁊ non actione nec ciuilr̄ circa eligenda ⁊ fugienda immorati a noſtris ſermonibus longe abhorruerūt, ⁊ inter ſe diſſidiū habuerunt. Ad nos quidē qui dicimus eſſe generationem ⁊ non oībus, ſed in his ſolis his quę ſub luna ſunt. Illoꝝ his quidē dicētibus nullius eſſe generationē, aliis aūt omnium, ⁊ ꝓpter hoc etiam adinuicē differentibus. Quare ⁊ de generatiōe totaliter quęrere neceſſariū eſt perquirenti de his quę ſub luna ſunt. Et hoc. ſ. ſi eſt generatio, ⁊ quoꝝ eſt multis exiſtentibus circa hoc diſcordia.

¶ Hi quidē enim ipſoꝝ totaliter auferebant generationē ⁊ corruptionē. Nihil enim neq; fieri aiunt, neq; corrūpi, entiū ſed ſolum videri nobis puta, qui circa Meliſſum ⁊ Parmenidem, quos ⁊ ſi alia dicunt bene, ſed nō phyſicę opꝫ putare dicē. Eſſe enim quędā entium ingenita ⁊ totaliter immobilia magis eſt alterius ⁊ prioris q̄ꝫ phyſicę cōſiderationis. Illi autē ꝓpter nihil quidē aliud p̄ter ſenſibilium ſubſtantiā ſuſpicari eſſe. Tales autē quaſdam intelligere naturas primi. Siquidem erit aliqua cognitio aut ſcientia ſic tranſtulerunt ad hęc eas quę inde rationes.

Com. 5ᵘˢ. ¶ Tripliciter diuiſit de generatione opiniones. Etenim hi quidē penitus generationē auferūt oīa entia dicentes ingenita eo qđ generabiliū ⁊ corruptibiliū non habetur notitia cōtinue fluētibus ipſis, vt Parmenides ⁊ Meliſſus videbant̄ dicere. Hi aūt ęcōtrario his vt Heſiodus ⁊ ꝙ maxime primū eoꝝ quę apud ipſos generari dicēs, aut maximū primū chaos genitū fuit. Hi aūt alia quidē generari dicunt, vnū aūt ſolum. ſ. cōe ſubiectū. Ingenitum aūt ex quo alia generant̄, ſicut Heraclitus. Hi autē nullum corpus ingenitū dicūt, ſed oīa generari, ex planis quidē ꝯpoſita. Primos aūt ꝓſequit̄, eos qui circa Meliſſum ⁊ Parmenidem quoꝝ hic quidē neq; totaliter generationem eſſe ait. Parmenides aūt non ad veritatē, ſed ad opinionē, ⁊ ꝓpter hoc appoſuit hoc, ſed ſolū videri nobis. Iſti aūt ait, ⁊ ſi alia dicunt bene. Nam quę de vno ente ⁊ de intellectuali natura bene in veritate ⁊ diuinę intellexerunt ⁊ ſequētibus ꝓtulerunt, ⁊ non poſſe ſcientiā eſſe eorū quę in generatione ⁊ motu ſunt tanq; fluentibus ſemper, ſed nō naturaliter opꝫ putare dicere ipſos circa ea q̄

Etiam Heraclitꝰ ⁊ Pittagorice Platonē in libro de ſcientia. Vide Ph'o dē in Theogonia.

Aduerte per mentionem dicit ⁊ ſolū ad opinionē.

ſupra naturā philoſophantes. Nam ꝙ ſint quędā entium ingenita ⁊ totaliter imobilia qđ quidē oſtenderūt illi, alterius eſt. ſ. primę phię oſtendere, ſed non phyſicę conſiderationis circa ea quę mouētur tractātis. Si quidē natura eſt principiū motus, qui aūt motum auferunt ⁊ naturā auferūt ⁊ res naturales. Et quid prohibet dicet vtiq; ꝙ non dici illos nāles neq; tanq; naturales corrigi, aut ꝙ de natura inſcripſerūt libros ⁊ Meliſſus ⁊ Parmenides. Hoc aūt non vtiq; erit tantū. Etenim cōmune erat nomē naturę ſm qđ ⁊ dei naturā ꝓpe audent dicere ⁊ entiū naturā dicimus, ⁊ etiā non de his quę ſupra naturam ſunt ſolum, ſed de nālibus in ipſis libris diſſeruerunt, ⁊ pꝑ hoc forte non recuſauerunt de natura inſcribere. Sed ꝙ quidē Ariſto. ipſis impingit cauſam peccati redarguens eorum vere erat. Illi enim nihil quidē, ait, aliud p̄ter ſenſibilium ſubſtantiā eſtimātes ſubſiſtere. Primi aūt intelligentes ꝙ neceſſe tales quaſdam ingenitas ⁊ imobiles eſſe naturas. Si quidē eſt notitia ſcientifica eorum, nam ſemper fluentium nō eſt ſcientia. Et dicit etiam apud Platonem Parmenides ꝙ neq; qua vertet intelligentiā habebit nō ſuppoſitis eſſe ęternis ſpeciebus. Hoc igitur intelligētes trāſtulerunt ad ſenſibilia ⁊ generabilia cōgruentes intelligibilibus ⁊ imobilibus rationes. Siq; de natura ꝓponētes dicere quę illis conueniunt dicunt. Et ſi de natura aut de ente inſcripſit Meliſſus palam ꝙ naturam putauit eſſe illud ens ⁊ naturalia entia, hęc autem ſunt ſenſibilia. Et ſic autem forte Ariſtote. dixit ipſos nihil aliud p̄ter ſenſibiliū ſubſtantiā exiſtimare, ſed vnum dicere ens. Nā ſenſui viſui cōſtat, ſi vnum eſt ens, nō vtiq; erit aliud p̄ter hoc. Dicit aūt Meliſſus quidē, ſi enim ſit, vnum erit vtiq;, ſi autem duo ſit non vtiq; poterūt infinita eſſe ſed habebunt vtiq; vltima adinuicem. Parmenides autem vult vnigenitū ⁊ ſine tremore iam ingenitum. Sed Ariſtote. quidem vt conſuetudo eſt ad apparens etiam nūc ſermonem retulit prouidens ne paralogiçarentur ſuperficialiores. Viri autem illi duplicem ſuppoſitionem poſuerunt, hanc quidem entis, entis. ſ. intellectualis, hāc autem geniti. ſ. ſenſibilis, quod quidem cenſuerunt merito non vocandum eſſe ens ſimplr̄, ſed opinabile ens. Propter quod circa ens veritatem eſſe ait, circa genitum autē opinionem. Dicit enim Parmenides excito te cuncta ꝑcontari, partim quidē veritatis circularis intrepida anima, partim autem mortalium opinionibus quibus non eſt fides vera, ſed deceptio. Et hęc diſcite quō quę videntur oportebit probata eſſe per omne omnia terminātia, ſed ⁊ complens de eo ꝙ eſt reuera ens ſermonē ⁊ docturus de ſenſibilibus adiecit In hoc tibi finiā credibilē ſermonē qui cōceptus eſt biuio veritatis. Opiniones autē ab hoc mortales addiſce ornatū meoꝝ verboꝝ fallaciū audiēs. Tradens aūt ſenſibiliū diſpoſitionē adiecit iteꝝ. Sic ſm opiniones, inquit, hęc ⁊ nunc ſunt, ⁊ poſtea ab hinc conſumabūt ſcribentē. Hic autē nomē inſigne homines impoſuerūt vnicuiq;. Quō igit̄ ſenſibilia ſolū eē Parmenides exiſtimauit de itellectuali talia philoſophatus, quę quidē nunc ſupfluū eſſet reſcribere, ſed quō etiā intellectualibus cōgruētia trāſtulit ad ſenſibilia. Qui ſeorſum quidē vnionē intellectualis ⁊ vere entis tradidit, ⁊ ſeorſum ſenſibiliū diſpoſitionē. Euidēter etiā entis nomine putans merito ſenſibile vocari. Sed ⁊ Meliſſus tāquā ſumarię ſcribēs planius adhuc ſui ipſius de his ſententiā enunciauit per totū ſermonē. Et in his autē nō minime dictis. Cū dixiſſet enim de ente ꝙ vnum ⁊ ingenitū ⁊ immobile ⁊ nullo vacuo interceptū, ſed totū ſeipſo plenum adiūgit. Maximū quidē igit̄ ſignum iſte ſermo eſt ꝙ vnum ſolū eſt quidē. Atqui ⁊ hęc ſigna. Si enim eſſent

Vide Platonē i ſophiſta vel de ente.

Parmenides ſcripſit metro, quia hec in carmina nō redigamꝰ, ſꝫ pꝰ proſaicum vbi cadet dic videbis deo ...

multa talia, oportebat ipſa eē, quale quidē ego dico vnū eſſe. Si enim eſt terra, ⁊ aqua, ⁊ aer, ⁊ ferrū, ⁊ aurū, ⁊ ignis, ⁊ animal, ⁊ mortale, ⁊ nigrū, ⁊ albū, ⁊ alia quecūq; aiunt homines eſſe vera. Si itaq; hec ſunt ⁊ nos vere videmus ⁊ audimus, eſſe opꝫ vnūquodq; tale quale quidē primū videbatur nobis ⁊ non tranſmutari neq; fieri alterum, ſed ſemper eſſe vnūquodq; quale quidē eſt. Nunc autē dicimus dominari, videre, ⁊ audire, ⁊ intelligere. Videt̄ aūt nobis frigidū calidum fieri, ⁊ calidū frigidū, ⁊ durum molle, ⁊ animal mori, ⁊ non ex viuente fieri, ⁊ hec oia alterari, ⁊ quid erat, que ⁊ qḋ nunc nihil ſimile eſſe, ſed ferrum exiſtens digito deterit̄ ſimul fluens, ⁊ aurū ⁊ lapis, ⁊ quodcūq; forſitan videt̄ eē omne. Quare accidit neq; videre neq; entia cognoſcere ſi ex aqua ⁊ terra lapis fiat. Non igit̄ hec inuicē conſonant, dicentibus enim eſſe multa ⁊ eterna ⁊ ſpecies, ⁊ robur habētia oia alterari nobis videtur ⁊ tranſmutari quotidie videtur. Palā igitur ꝙ non recte videbamus neq; illa multa recte vident̄ eſſe, non enim euariarent̄ viciſſitudineſq; ſubirent ſi vera eſſent, ſꝫ erat quale quidē videbat̄ vnūquodq; tale. Nam ente vero nihil melius, ſede variās mediū exiſtēs euolat, qḋ autem nō ens genitum eſt. Sic ſi multa eſſent hec opꝫ eſſe quale quidē vnum, plane iſte ⁊ eām dixit ꝑpter quam ſenſibilia non eſſe dicūt ſed vident̄ eſſe. Quo igit̄ eſtimabit vtiq; aliquis ipſos ſolū ſenſibile putare eſſe, ſed ⁊ generationem a vero ente auferūt. In illo enim ⁊ Parmenides dixit. Generatio quidē extincta eſt ⁊ moleſte ferenda perditio ⁊ Meliſſus ⁊ Parmenides ſenſibiliū quidē generationē plane dicūt. Meliſſus quidē in his calidū generari, Parmenides aūt de ſenſibilibus incipere, ait, ſe dicere. Quo terra, ſol, luna etiā ether, lac celeſte ⁊ olympus extremus aſtroꝝ ⁊ calidū furore mota fuerunt generari, ⁊ generatorꝫ ⁊ corruptorꝫ vſq; ad partes animaliū generationes tradiderunt. Perſpicuū igit̄ eſt ꝙ non ignorauit Parmenides ꝙ generabilis ipſe erat, ſicut ꝙ neq; duos pedes haberet, vnum dicens ens. Sed ꝙ quidē in metaphyſica bene pronūciauit Ariſto. Parmenides autē videt̄ quidē reſpicere hoc vbiq; poſt apparentis confutationē inferre Ariſto. putandū eſt. Alexāder aūt ſic ipſos ratiocinari ait. Senſibilia ſola entia entiū ſcientia. Quoꝝ aūt ſciētia hec imobilia ſunt, ſenſibilia ergo immobilia. Hāc autem, ait, ſequētes rationē que in imobilibus ſubſtātijs vere dicitur, tranſtulerūt ad ſenſibilia nō ſane. Propter qḋ accidit ipſos de nālibus nō nālr dicētes auferre naturā.

*Margin note:* Aduerte ꝙ Protagoras dixit ita eē ſicut vr̄ nobis, vid. Platonē in libello de ſciētia.

¶ Alteri aūt quidā veluti ſtudioſe factum cōtrariā his habebāt opinionē. Sunt enim quidam qui aiunt nullā ingenitā eſſe rerum, ſed omnia generari. Genita aūt hec quidem incorruptibilia permanere, hec autē iterū corrūpi, maxime quidē qui circa Heſiodū. Deinde ⁊ alioꝝ primi philoſogizantes, hi quidem alia omnia aiunt generari ⁊ fluere, eſſe autem fixe nihil. Vnū autem quoddam ſolum ſubſiſtere ex quo hec omnia trāſformari nata ſunt. Que quidem videtur dicere velle alij multi ⁊ Heraclitus ephesius. Sunt autē quidam qui ⁊ omne corpus generabile faciunt componentes ⁊ diſſoluētes in plana, aīs, ad ſuperficies, ⁊ ex ſuperficiebus, ⁊ ex planis. De alijs quidem igitur alter ſit ſermo.

Com. 6m. ¶ Poſt illos qui videbant̄ auferre penitus generationes ꝑponit eas qui contrarie dicebant. ſ. oia generari ⁊ nihil entium eſſe ingenitū. Omniū aūt genitoꝝ hec quidē incorruptibilia permanere, hec aūt corrūpi. Horū autem, ait, eſſe Heſiodū tanq; ⁊ maxime ꝑmū eoꝝ que ab ipſo dicebant̄ eſſe. ſ. chaos faciat genitū dicens. Equidē primū chaos genitū fuit. Hūc igitur, ait, maxime omnia facere genita, qꝛ ⁊ primū apud ipſum generari dicit̄. Ariſto. autem primos phiſiologos eſſe. Orpheū ⁊ Muſeum veriſſimile dicit qui omnia excepto primo generari dicunt. Palam aūt ꝙ per fabulas iſti theologiçantes generationes vocabant a cauſis proceſſum, ꝑpter qḋ ⁊ primā cauſam omnes ingenitam ſeruāt. Nam ⁊ Heſiodus dicēs ꝑmū generari chaos inſinuauit eē aliquid ⁊ ante chaos a quo chaos genitū fuit. Nā qḋ generat̄ neceſſe ab aliquo tempore generari. Et hoc autem inſinuauit ꝙ prima cā ⁊ ſupra notitiā ⁊ ſupra nominationē eſt. Diſtinguēs igitur ſic cōtrarias inuicē opiniones, tertiā apponit opinionē dictarū principaliter naturaliū quidam oia generari dicentes vnū ſolum dicebant ingenitū permanere ex quo alia generātur, ⁊ in qḋ reſoluūtur. Thales quidē aquā. Anaximenes autē aerem. Anaximādrus aūt intermediū. Ignē autē Heraclitus. Palam aūt ꝙ ⁊ ſi ingenitū illud vnū dicerent illi, ſed non immobile. Si quidem trāſfiguratio ipſo alia generari aiunt. Sed ſic quidē hi ꝑmū dixere ex quo alia, corpus ⁊ ipſum exiſtēs ingenitum ſerebant. Quarto aūt induxit eos qui omne corpus genitū dicebant, ſic dē genitū vt ex planis cōpoſitum, ⁊ in plana iterū reſolutū. Talis autem quidē eſt Timei Pythagorici phyſiologia quam ⁊ Plato dialogo quē inſcripſit Timeum tradidit. Duo enim trigona ſupponēs, hoc quidē ſcalenum dimidium iſopleuri trigoni, ⁊ ꝑpter hoc ſemitrigonū dictum. Hic autē iſocheles rectangulus ex hoc quidē cōſtituit cubū ⁊ terrā, ex altero aūt pyramidē ⁊ octoedrū. i. octo baſium ⁊ icoſaedrū. i. viginti baſiū ex quibus ignem ⁊ aerē ⁊ aquam conſiſtere dicunt. Ignē quidē ex pyramidibus, aerem aūt ex octoedris, aquā autē ex icoſaedris. Et ꝑpter hoc hec tria quidem inuicē tranſmutari aiunt, qꝛ in eodē ſemitrigono conſiſtūt. Terrā autē ex proprio elemento ſ. iſochele ortogonio genitam neq; generari ex aliquo illorū triū dicunt, neq; tranſmutari in illa. Omne autē corpus genitum facere ipſos dixit Ariſto. ꝑpter hoc. ſ. ipm corpus ad inconuenientia hinc iam ſermonē deducēs. Corporis enim generationē faciūt qui ſic dicunt qḋ quidē ipſe abnuit. Ex non corpore enim dicentes corpus generari nō alicuius corporis, ſed ſimplr corporis generationem aiunt. Supponēs quidē igitur Ariſto. tres alias de generatione opiniones. ſ. dicentē nihil generari, ⁊ ſupponentem oia genita, ⁊ dicentē vnū ſolū aliqḋ permanere corpus ingenitū ex quo alia generant̄ ⁊ in qḋ reſoluunt̄, vltimo dicte obuiat cōſtituenti ex planis corpora, vt quidā valde venerabilis amicorū Platonis gratiſſimus notauit, vt Achilles ſummo deſiderio flagrauit cū Hectore habere colloquium. Vt autē Alexander apologiā facit, qꝛ magis erat noua opinio, ⁊ ꝑpter hoc ꝓbabilior, nunquā vllam riſionē ſortita, ⁊ ordine etiā primā hanc ſuppoſitionē, ait, eſſe Alexan. ꝙ corporis generatio eſt prior ea que ex corporibus. Prius enim opꝫ eſſe ſimplia corpora quorum generationē faciebant ex planis, deinde ſic ex his generari. Forte aūt ⁊ ꝑpter hoc alias nunc ꝓtermiſit opiniones, qꝛ in naturali auditu multū ſermonē fecit ad illas. Forte autem illa quidē Parmenidis ⁊ Heſiodi ſm alias cauſas dicta nō multa indiget obuiatione. Naturaliū autē, alij quidē aquā, alij autē aerem, alij autē ignē dicebant, alij autē intermediū. Ariſto. igitur a ſimplicibus motibus quatuor oſtēdēs que ſm rectā mouētur ſimpli-

*Margin notes:* Vide i Theogonia. — Sic & Plato qui mūdū genitū eſſe ... Plotino pace ... ſcole Platonicorum. — Vide Platonē circa ... de mundo ... Pythagoras ... ſucceſſor Pythagore ...

dia corpora, ⁊ de his docturus ꝙ generabilia ⁊ qualiter generabilia, qꝛ ſm mutuā ⁊ inuicē tranſmutationē, merito hanc exquirit primā opinionē que etiā dicit generari quattuor elemēta ⁊ nō ſupponit vnū ipſoꝝ ingenitum, ſicut naturales, hunc modū generationis nouiter ⁊ decenter tradens ⁊ auferens maxime naturales ipſoꝝ inclinationes grauitatem ⁊ leuitatem, ſicut ipſe ſpecificari quattuor elementa vult.

**¶ Dicentibus autē hoc modo ⁊ oīa corpora cōſtituētibus ex ſuperficiebus, quecūqꝫ quidem alia accidit dicere contraria diſciplinis promptū videre. Et quidē iuſtū aut non mouere aut ipſa rōnibus mouere credibilioribꝰ ꝙ̄ ſuſpitiones. Deinde palā qꝛ eiuſdē rationis eſt ſola quidē ex ſuperficiebus cōponi, ſuperficies autē ex lineis, has autē ex punctis. Sic autem habētibus non neceſſe linee partem lineā eſſe. De his autē conſideratum eſt prius in his qui de motu ſermonibus ꝙ non ſunt indiuiſibiles longitudines.**

Com. 7ª. ¶ Primā accuſationē his inducit. ſ. geometrica principia auferre promptā dicens eſſe huius deprehēſionē ꝑꝑ qđ ⁊ pteriuit ipſam. Dicit aūt ipſos tollere geometroꝝ diffinitiones. ſ. pūcti ⁊ linee ⁊ ſuperficiei. Si enim punctuꝫ dicunt cuius pars nulla, lineā aūt longitudinē ſine latitudine, ſuperficiē aūt que longitudinē ⁊ latitudinē ſolum hꝫ, nunq̄ vtiqꝫ ex punctis linea fiet, quare neqꝫ ex lineis ſuperficies, neqꝫ ex ſuperficie ſine pfunditate exiſtēte corpus profunditatē habens. Si aūt fit ex planis corpus pfunditatē vtiqꝫ habebit planū, ⁊ ſi ex lineis planum non vtiqꝫ erit ſine latitudine linea, ⁊ ſi ex punctis linea non vtiqꝫ impartibile erit punctū. Oportebat aūt/aūt/aut nō mouere mathematicoꝝ principia tanq̄ axiomata habētia ad certitudinē ſcientificā vt que ſine dubitatione demōſtrata dicūtur geometricis neceſſitatibus demōſtrata eē dicūtur. Aut ſi quis talia mouere volebat talibus oportebat vti rōnibus / vt ipſe ſint credibiliores ſublatis ſed non vane ſic ⁊ inuidēter de loco ⁊ medio tollere. hypotheſes aūt vocat mathematica pncipia, qꝛ ex ſuppoſitione ipſas aſſumunt/ſupponūt punctū impartibile ⁊ talia, non enim poſſunt principiū demōſtrare ſm methodum illā cuius tanq̄ principiū acceperūt, qꝛ demōſtratio ſemper ad prius, pncipio aūt nihil prius, ppter hoc inferiorum pncipia ſupiores demōſtrant ſciētie. Architectorie quidē mechanica, huius aūt geometria, huius autē prima phīa. Deinde ſecūdā adducit rōnē potentē quidē ⁊ ipſam ad idē incōueniens adducere, ipſe autē ad aliud ⁊ ipſum euidens adduxit. ſ. nō fieri linee partē lineaꝫ neqꝫ continuū in infinitū diuiſibile eſſe, qđ ⁊ cōtrariū eſt mathematicis. Qđ aūt dicit tale eſt, quā hꝫ proportionem planū ad corpus talē hꝫ ⁊ linea ad planuꝫ ⁊ punctū ad lineā, termini enim oīs ſunt eiuſdē igitur rōnis eſt corpus ex planis generari ⁊ planū ex lineis. Sed ſi ex punctis linea pūcta erunt pars linee. Ex quibus enim aliqđ cōponitur hec ſunt illius partes, quare nō omnis pars linee linea, ſiquidē ⁊ puncta partes linee ſunt, quare ⁊ deſinet linee ſectio ⁊ non adhuc in infinitū erit diuiſibilis, ſiqdeꝫ ex punctis linea cōponitur, ſed ſolū oſtenſum eſt in naturali auditu in his pręſertim ſermonibus qui de motibus ſunt ptradidit aduerſus Xenocratē dicentē lineas indiuiſibiles ꝙ nō ſunt indiuiſibiles lōgitudines, hoc ē ꝙ nulla pars linee eſt indiuiſibilis, ſed in infinituꝫ eſt diuiſibilis. Non ergo ex punctis eſt linea neqꝫ ex lineis planum neqꝫ ex planis ſolidū. Hec quidē Ariſto. qđ quidē ſemper dico, obuiantis ad apparēs ſermonis. Dicendū autē ꝙ ſi quidē plana mathematice dicebant eſſe vt longitudinē ⁊ latitudinem ſolum haberēt qui ex planis ſolida dicunt ⁊ in plana ipſa reſoluūt. Bene Ariſt. ⁊ hec ipſis intulit incōuenientia/⁊ que deinceps inducunt. Si autē naturalia plana dicunt/vt non ſoluꝫ longitudinē ⁊ latitudinem/ſed etiā pfunditatē habeat qđ primū in nālibus cōſtituere poteſt, nō adhuc ex illoꝝ poſitione ſequūtur incōuenientia que adducunt ad plana ⁊ nō ad profunda. Ex aūt nālia ex non mathematica plana ſupponit ex eo ꝙ materialia dicit eſſe, qꝛ ⁊ materiā prius tradentes figuratā eſſe hanc ſpeciebus ⁊ numeris dicunt. Et ipſe auteꝫ Timeus in ſuo libro hoc ſcripſit. Principiū quideꝫ igitur genitoꝝ vt quidē ſubiectū materia, vt auteꝫ ratio forme ſpecies, ppagines aūt horuꝫ ſunt corpora/⁊ aqua/⁊ aer/⁊ ignis, quoꝝ generatio talis. Omne corpus ex planis eſt, hoc aūt ex trigonis, quoꝝ pars rectangulū iſocheluꝫ ſemitetragonū. Et pariter reliquum trigonoꝝ diuiꝫ tradens quattuor figuras ex ipſis cōponit quas quattuor elemētis attribuit. Hanc aūt per figuras phiſiologiā aliqui quidē expoſitoꝝ Platonis, quoꝝ ⁊ diuinus Iamblicus eſt ſymbolice dici putāt. Et ſic ipſe exponit Platonicū Timeū. Poſteriores aūt Platonicoꝝ Phōꝝ ſic ſm qđ dicit ſe habere conant oſtēdere. Cōpoſitis enim exiſtētibus quattuor elementis ex materia ⁊ forma ⁊ ppter hoc ad principꝫ rationē nō exiſtētibus idoneis. Hi quidē paſſiuas dictas qualitates caliditatē ⁊ ſiccitatē ⁊ oppoſitas his primas ꝯuenientes materie aut corpori non quaſi ꝯſtituere etiā quattuor elemēta aiunt, ſicut ⁊ Ariſto. vult ⁊ leuitatē ⁊ grauitatē ratiocinans tanq̄ cauſas quideꝫ has motus ſimplicis ⁊ nālis. Natura aūt ſm motuꝫ maxime deſignata, ⁊ ſi interroget quis ppter qđ ignis quidē calefacit, aqua aūt infrigidat, qꝛ hic quidē calidus, hec autē frigida dicent. Principiū enim hec ponētes nullam vlterius adhuc querunt principioꝝ cām. Democritus autem vt Theophraſtus in nālibus narrat, tanq̄ idiotice aſſignātibus his quidē ſm calidū ⁊ frigidū, ⁊ talia cauſas ponūt ad atomos recurrit. Similiter aūt ⁊ Pytagorici ad plana putantes figuras ⁊ magnitudines cauſas eſſe caliditatis ⁊ frigiditatis. Que quidē enī diſcretiua ⁊ diuiſiua caliditatis ſenſum exhibere, que autē cōgregāt ⁊ condēſant frigiditatē. Etenim omne ſm ſubſtantiā mox quantū efficitur. Figura aūt ⁊ ſi qualitas ſit tñ ex genere quantoꝝ accepta eſt, ppter qđ corpoꝝ vnūquodqꝫ eſt quantuꝫ figuratū, materia enim ſm ſe, figuris autē varijs formatā : a mathematico corpore differēs eo ꝙ materiale ⁊ tangibile ſit tactu ſm molē percipiente ipſum ⁊ non ſm caliditatem ⁊ frigiditatē. Hic igitur ſm ſubiectū diuerſis figuris depingens quattuor elementoꝝ elementa/aut/conſtituere. Principaliora enim elemēta ſunt hec terre cubicuꝫ ⁊ non ꝙ tota cubicā habeat figurā, ſed ꝙ ex pluribus cubicis inuiſibilibus ꝑꝑ paruitatē quelibet pars terre conſiſtit. Sic aūt ⁊ ex alijs alia. Differentiā autē figurarum ⁊ alias oēs virtutes aſſequi aiunt ⁊ mutuas trāſmutationes. Qualiter enim ex pauca aqua aer fit tantus, iſti quidem prompte aſſignāt, qꝛ aque elementa multa exiſtētia. Nam icoſaedre aque figure diſgregate, multa octoedra faciūt ⁊ multū aerē ex icoſaedris cōpoſitū. Qui autē rarefactionē ⁊ inſpiſſationeꝫ pro cauſa ponunt quō incorporea virtute adueniente augeri corpora dicūt aut minui. Quō autē incorporea totaliter ignis virtus diuidere nata eſt: Nam incorporeū lumen per corpus penetrat, diuiſio autē ſit ſm figuras diuidentis, ⁊ de frigiditate autē ca

Vide in Timeo Plato.

.

dem dicunt. Item quõ appoſitione q̃litatis aiunt grauiorẽ facere molẽ: Quantũ enim graue ⁊ non quale eſt. Diuidit̃ enim equalitate ⁊ inequalitate. Totaliter autẽ eſt Ariſto. primo ex mã ⁊ ſpẽ corpus non quale fieri putat qualitatibus ſubiectũ ⁊ finitũ/ait/ipſuȝ eſſe. Quõ non eſt neceſſe figurã habere ipſuȝ ⁊ preexiſtere ante qualitates figuras. Sed hoc quideȝ ꝓpoſui ad oſtendendũ ꝙ nõ irrationabiliter Pythagorici ⁊ Democritus principia q̃litatũ querẽtes ad figuras deuenerũt. Forte autẽ nõ tanq̃ penitus ſemper cõſtitutione ex trigonis tali exiſtẽte ſuppoſuerunt ipſam Pythagorici ⁊ Plato, ſed ſicut aſtronomi ſuppoſitiones quaſdã ſupponũt alij alias non omnino tales eſſe varietates in celo affirmãtes. Sed ꝙ talibus principijs ſuppoſitis ſaluari apparentia poſſibile eſt circulariter in omnibus ⁊ regulariter motis celeſtib⁹ corporibus. Sic ⁊ iſti quãtuȝ ante quale prius honorãtes in principij ratione, ⁊ figurã ante qualitateȝ ⁊ figuraꝝ principaliores ⁊ ſimilitudine ⁊ cõmẽſuratione ꝓualentes hec principia ſuppoſuerũt corpoꝝ que ſufficere putabãt ad apologias eſſe generãtoꝝ. Quõ eniȝ non omniquaq̃ penitus hoc pñᵐ exiſtimabant corpoꝝ. Audi Platonẽ dicenteȝ. Duoꝝ itaq̃ trigonoꝝ iſocheles quidẽ vnam accepit naturã, oblongũ aũt infinitas, eligẽdũ igitur eſt in ipſis infinitis qõ pulcherrimũ exordium facturi. At ſi quis pulchriorẽ a ſe electũ ad horũ cõſtitutioneȝ afferre voluerit eius non tanq̃ aduerſarij, ſed tanq̃ amici ſit ſnĩa potior. Sed ⁊ ante hec ſcripſit hec. Ignẽ quidẽ principiũ alioruȝ corpoꝝ ſupponimus ſm veriſimilẽ rationẽ procedẽtes. Adhuc aũt hoꝝ principia deſuper deus nouit ⁊ viroꝝ quicunq̃ illi amicus ſit. Oportet iam dicere qualia pulcherrima corpora fient vtiq̃ quatuor diſſimilia q̃dẽ ſibi ipſis, ſed plura ex ipſoꝝ quadã diſſimilitudine quedam fieri, hoc eniȝ adepto habemus veritatẽ generationis de terra ⁊ igne ꝓportionabilibuſq; in medio. Ego auteȝ ad ea que deinceps ꝓgredior ad apparens talũ ſermonum inquiſitinã Ariſto. diligentiaȝ dearticulare pro viribus deſiderans, ⁊ ſm vnũquodq; argumentum veritates intellectas nihil ab ipſis illeſas oſtendere volo.

**Quecunq; autẽ de naturalibus corporibus impoſſibilia accidit dicere facientibus indiuiſibiles lineas ad modicũ cõſiderem⁹ ⁊ nunc. Impoſſibilia enim in illis accidentia ⁊ naturalibus cõſequũtur. Que aũt in his in illis non omnia ꝓpter hoc quidẽ ex ablatione dici mathematica naturalia, phyſica aũt ex appoſitione.**

Cō. 8ᵐ. ℄ Hęc deinceps cōmuniter adducit oībus qui de graui ⁊ leui dicūt ſimul aſſumens in his quę nunc dicunt ex illas opiniones ad quas ꝯdixit prime, eā ſ. quę multitudine, ⁊ paucitate planorum ⁊ eam quę vacuo ⁊ pleno, graue ⁊ leue determinant. Et dicit ꝙ eodem modo accidit, aut de ſimpliciter graui ⁊ leui dicere ipſos, aut de intermedijs ſimpliciter grauium ⁊ leuium. Dicit igitur ꝙ ⁊ ſi quis aliter magnitudine ⁊ paruitate determinet grauiora ⁊ leuiora, ⁊ non, vt Plato, ſed aut vt qui circa Democritum. Iſti eni ex paruis quidem ſphęris dicebāt ignē generari, ppter qđ ſubtiliſſimarū partiuȝ eſſe. Ex maioribus autē atomis terrā, ex medijs autē intermedia, aut vt qui elātū vnum ſupponebant, ⁊ huius ſpiſſitudine ⁊ raritate alia aſſignabant. Et iſti enim raritatis cauſam ponebant vacuū ⁊ ad hos congruit hoc, ⁊ alio quocūqȝ modo aſſignans ꝗ eſt quāuis non magnitudinē, aut paruitatē vocet, ſed ſpiſſitudinē ⁊ raritatem. Solū autē eādeȝ mām oībus aſſignās, ceu aquā, aut aerē, aut intermediū, mām autē dicit ſubiectum. Eādeȝ autē mām ⁊ Ariſtoteles omnibus aſſignat. Sed differētia eſt, quia iſti actu aliqđ ens id ſupponi dicūt velut aquā, aut aerē, aut intermediū, illud autē aut plures quidem, cōtrarias autē ſolum, pōt comphendere ⁊ eos qui vacuū ⁊ plenū dicūt, ⁊ eos qui terrā ⁊ ignē, vt Parmenides, ⁊ eos qui ſpiſſuȝ, ⁊ rarū, ⁊ eos qui multitudine, ⁊ paucitate planoȝ generationē aſſignant. Sic igitur in duo ſeparās omnes. ſ. in eos qui vnam materiā ſupponebāt ⁊ in eos qui plures vna contrarias autem. Quę vtriſqȝ accidunt inconuenientia adducit. Et primo ꝙ vna materia exiſtēte ſicut ⁊ hi dicunt qui ex trigonis ꝯſtituūt. Ex vno enim ſcaleno ſemitrigono tria apđ ipſos facta ſūt elēta, ignis, aer, aq̄. His igit quidē qui ex vno eodē ſuppoſito generant nō erit ſimpliciter graue ⁊ leue. Eadē eniȝ natura in oībꝰ ipſis eſt. Quę ſiquidem grauis ſit, ſimpliciter leue tollitur. Si autem leuis, graue nō erit quid ſimplr, ſed quę adinuiceȝ ſolum, ſiue multitudine ⁊ paucitate, ſiue magnitudine ⁊ paruitate ſubiecti, hoc quidē grauius, hoc autē leuius fieri dicant ipſo elemento nullam hñte inclinationeȝ. Cōtraria autē exiſtente materia ſubiecta, ſicut qui vacuū ⁊ plenuȝ dicūt, de ſimplr quideȝ graui, ⁊ de ſimpliciter leui dicere videbantur. Vacuum quidem ſimpliciter leue, plenū autem ſimpliciter graue dicentes. Intermedia autem corpora ignis aeris ⁊ reliquoȝ, intermedia autem tāꝗ ex ambobus extremis compoſitis. ſ. pleno ⁊ vacuo non adhuc erūt. Non enim hñt determinare ſm quid grauiora ⁊ leuiora ſunt inuicē, ⁊ elemētis leui. ſ. vacuo ⁊ graui ⁊ ſolido. Nō ſciētes eni ppter quid vacuū quidē leue eſt, ſolidū auteȝ graue, neqȝ de pticipātibꝰ rńdere poſſunt. Eoȝ ꝯo quę ſimplr, ppter quid cōpoſita grauiora ⁊ leuiora cām ſi dicerent vacuo quidē grauiora vtiqȝ dicerēt ipſa eē eo ꝙ hñt ⁊ ſolidū in ipſis. Solido autē leuiora eo ꝙ hñt in ipſis vacuū, aut ꝙ quidem non habēt dicere cauſam ppter quaȝ quidem cōpoſitoȝ, hoc quidē graue eſt, hoc autē leue. Neqȝ vtiqȝ eiꝰ ꝙ grauiora aliquo totaliter ꝗ̄ ſint, aut leuiora habebūt cauſam dicere. Forte autem intermedia grauiora ⁊ leuiora inuicem poſſunt dicere. Leuiora eo ꝙ in ęquali mole plus vacuum habeant ⁊ minus ſolidum. Econtra autem grauiora, ſed qualiter quę non eiuſdem molis comparant, non habebunt dicere ꝙ omnis ęqualis pars ⁊ magna ignis cōparant quo iudicabit ignis leuior eē multiplex reſpectu terrę. Nō eniȝ poſſibile in his dicere ꝙ ois ęqualis parte accepta leuior eſt hoc ⁊ ſimplr leuius eſt. Si eniȝ ęqle ęqli erat leuius, quia pauciora quideȝ habebat ſolida. Amplius autē vacuū in quibꝰ hoc nō ſaluat, neqȝ vtiqȝ manebit cauſa leuioris ⁊ grauioris. Sic quideȝ igitur Alexander intermedia ſimpliciter grauiū ⁊ leuiū cōpoſita ex vacuo ⁊ pleno intelligens exponit. Forte autē ſimpliciter graue ⁊ leue terram ⁊ ignem dicit, intermedia autem aerem ⁊ aquam, ⁊ ꝙ non erant hęc. Non enim habent dicere ppter quam cauſam grauiora ⁊ leuiora ſunt inuicem, ⁊ his quę ſimpliciter. Et nunc quidem tantuȝ dixit ſolū, apud finē autē libri idē argumētū ponēs planius dicit icōuenientia q̄ ſequunt. Et his qui vnū ſubiū dicunt, ⁊ his qui ꝯria. Et ibi plane intermedia dicit aerem ⁊ aquaȝ.

℄ Sciēdū autē ꝙ Alex. quidē ſcribit, inicēqȝ ⁊ ſimplicius. inuenit autē in aliquibꝰ ſcriptū his quę ſimpliciter.

℄ Magnitudine autē ⁊ paruitate determinare ficto aſſimilatur maxime coruȝ quę prius. Quia autem contingit ſm vnumqđqȝ facere differentiaȝ quatuor elemētorum, certius habet ad eas quę ante dubitationes. Unā autem facienti naturam magnitudine differentiū, neceſſariuȝ idem accidere vnā facietibus mām, ⁊ neqȝ ſimpliciter eſſe nihil leue, neqȝ latum ſurſum, ſed aut retardans, aut extruſum. Et multa parua paucis magnis grauiora eſſe. Si auteȝ hoc erit accidet multū aerē ⁊ multum ignem aqua eſſe grauiorem, ⁊ terra pauca, hoc autem eſt impoſſibile.

℄ Cum dixiſſet quę incōueniētia accidūt circa grauitatē ⁊ leuitatē his qui vnam materiaȝ ⁊ vnum ſuppoſituȝ dicūt, ⁊ quę his qui ꝯria aiūt, illis quidē de ſimplr graui ⁊ leui nihil dicere, his autē de intermedijs. Idē autē dicere de naturalibus corporibus, aut de duobus medijs elemētis, nec determinare cāȝ ppter quaȝ, hęc quidē ipſoȝ ſunt grauiora, hęc autē leuiora, tranſit ad eos qui magnitudine ⁊ paruitate differentiam elementorum aſſignant. Iſti autē vtiqȝ erunt qui groſſa partialitate ⁊ ſubtili partialitate, idē autem dicere inſpiſſatiōe ⁊ rarefactiōe, determināt ⁊ vnaȝ mām differētijs his ⁊ ipſi ſupponūt. Et dicit de ipſis ꝙ ſermo quidē qui dī ab ipſis eſt magis fictitius ꝗ̄ eiꝰ qui vacuū ⁊ plenū ſuppoſuit ad dubitatiōes q̄ ad hūc illate fuerūt, ſecurior eſt nūc ppoſitꝰ. Vnūqđqȝ eni q̄tuor corpoȝ participatiōe ſubtilitatis ⁊ groſſitiei, ⁊ ea q̄ ſm hāc analogia grauitatis Cō. 9ᵐ.

uitatis ⁊ leuitatis habebūt inclinationē, qđ quidē nō habebant dicere, neq; qui ex planis cōponūt. Quę enim ſm ſe inclinationē nō habēt, neq; plura, neq; pauciora ſit poſt ea habebūt inclinationē, ſed neq; q vacuū ⁊ plenū cām faciūt differētię elemētorū ſm grauitatē ⁊ leuitatē habebāt cām reſpōdere. Nā non habēt dicere ꝓpter quid vacuū quidē leue eſt, ſolidū aūt graue, neq; differētię eoꝝ quę ex his cōponunt̄ cām hāt dicere. Accuſat autē ⁊ eos q magnitudine ⁊ paruitate determināt tāq; vnū ſuppoſitū ⁊ vnā nām faciētes differētiū magnitudine, cū in eiſdem retineant̄ in qbus, ⁊ qui vnā materiā faciūt retinebant̄. Hęc autē erant nō eſſe, hoc qdē ſimplr leue et motum ſurſū ſm ipſos, hoc aūt ſimplr graue ⁊ latum deorſum. Oia enim vnā habebūt inclinationē nālē ſm ipſos, vel maiorē autē vel minorē hāc, nō tñ diuerſam ſm ſpēm ſi quidē vnū ſubiectū eſt. Si aūt nō eſt qđ fert̄ ſurſum nā, palā qđ quę nūc ſurſū ferri vident̄, aut tardātia ⁊ ꝑcce pta a grauioribꝰ in ea quę deorſum latiōe ſurſū vident̄ eſſe, aut extruſa a grauioribus ad ſurſum feruntur vi, ſed non ſm naturam. Accidit autem/ait/his multa parua/ſi eſt multa ſubtilium partium paucis groſſarum partium grauiora eſſe, eo enim q ex ſubiecto eodē cum his quę magnarum ſunt quę paruarum partium, ⁊ eandem nālē inclinationem habent ſi congregentur plura paruarum partium grauiora erunt paucis magnarū partiū. Si aūt hoc accidet multū aerē ⁊ multū ignē eſſe grauiora pauca aqua ⁊ terra pauca, hoc autē eſt impoſſibile. Hoc autē/ait/Alexander pōt, ⁊ ad eos qui circa Democritū dici, q ex paruis ſphęricis atomis dicebāt cōponi ignē. Si enim oēs atomi eiuſdē naturę exiſtes grauitatē hñt, ⁊ ſunt maiores grauiores eo q maiores ſunt, ꝑp ſi autē ⁊ corpora quę ex maioribus atomis cōponunt̄ grauiora. Si multi atomi parui paucis magis erūt grauiores. Si aūt ſi multus ignis erit grauior pauca terra. Aut hoc vtiq;/ait/ad ipſos diceret ſi non vacuum cauſam efficerent.

℃ Quę quidem igitur ab aliis dicta hęc ⁊ hoc dicuntur modo. Nos autē dicimus primū determinātes de quo maxime dubitant qdā, ꝓpter quid hęc quidē ſurſum feruntur, hęc autem deorſum corpoꝝ ſemper ſm naturā, hęc aūt ⁊ ſurſum ⁊ deorſū. Poſt hęc autē de graui ⁊ leui, ⁊ de accidentibus circa ipſa paſſionibus ꝓpter quā cauſam vnūquodq; fit. Deferri quidē igitur in eum qui ipſius locū vnūquodq; ſimiliter exiſtimādū, quemadmodū ⁊ circa alias generatiōes ⁊ trāſmutationes. Quoniam enī ſunt tres motus. hic quidem ſm magnitudinem, hic autē ſm ſpeciem, hic autē ſm locū. In vnoquoq; hoꝝ tranſmutationem videmus factā ex contrariis ad contraria, ⁊ intermedia, ⁊ non in contingens cōtingenti tranſmutationem entem. Similiter autē neq; motiuum cōtingēs cōtingentis, ſed ſicut alterabile ⁊ augmentabile alterum ſic, ⁊ alteratiuū, ⁊ augmentatiuum. Eodem autem modo exiſtimandum, ⁊ qđ ſm locum motiuū ⁊ mobile non contingēs eſſe contingentis. Ad ſurſum igitur ⁊ deorſum motiuū quidē qđ grauis factiuū, ⁊ qđ leuis factiuū. Mobile autem qđ potētia graue ⁊ leue. In eū autem qui ſuiipſius locū ferri vnūquodq; ad ſuiipſius ſpēm eſt ferri.

℃ Concludens dicta vt opiniones de graui ⁊ leui prioꝝ cū cōuenienti contradictione expoſitas ipſe habebat iā ad ea quę ſibi videbant̄ trāſire. Sꝫ opꝫ/ait/primo determinari de quo maxie dubitāt qdā, ꝓpter qđ corpoꝝ qdē hęc ſemꝑ deorſū ferunt̄ ſm nām ſuiipſorum mota, hęc autem ſemper ſurſum, hęc autem deorſum ⁊ ſurſū. Deinde ſic de graui ⁊ leui, ⁊ de paſſionibus quę accidūt ipſis propter quā cauſam ipſa fiunt ⁊ accidentia ipſis. Sūt autem/ait/Alexander quę dubitantur de eo quę corporum in propria loca latione talia. Primo quidē etenī, ſi continentis vltimum eſt vniuſcuiuſq; locus, palā quia qđ nondum aliquid continet, neq; eſt locus, quomō igit̄ feruntur vtiq; corpora ad ſua loca, quę neq; a principio ſunt totaliter corporibus nōdum exiſtentibus. Etenim neq; prius vnq; in ipſis fuerunt, vt ſm hoc dicāt̄ ad ſua ferri loca quę aliquando fuerunt, mox enim cum facta eſſe ⁊ fere, adhuc cū fiunt feruntur corpora. Si igit̄ quę feruntur corpora ad ſimilia ferunt̄, ignis quidē ad ignē, aer aūt ad aerē, ſilr aūt ⁊ aqua ⁊ terra. Facta autem in illis continua totis fiunt, ⁊ partes ipſorum. Quę autē continue partes nō ſunt in loco per ſeipſas non ad ſua vtiq; loca ferentur, quę ſm naturam mouent̄, neq; in loca totaliter, ſed deſerentia locū quē habebāt non amplius habebunt locū neq; erunt in loco. Sed neq; ſi dicat aliqs in ſuum locum ferri eſſe ad conueniēs, ⁊ ſimile corpus ferri recte dicet. Si enim ſm ſuppoſitionem tranſlata fuerit in locum ignis terra, ⁊ ibi teneatur tranſpoſita. Etiam ſic ignis deorſū. Deinde terra aliqua dimittatur ad qđ mouebitur mota ſm naturam, vtrum ſurſum ad totam terram, quia eſt ſimilis ipſi, aut deorſum ad ignem. Siqdē enim ad totam terram non erit grauitatem habentibꝰ ꝓprius qui deorſū locus, neq; ad hunc erūt mota. Si aūt deorſum feratur, vt ad proprium hunc locum nō adhuc vtiq; erit ęquale huic. ſ. in ſuum locū ferri corporibꝰ ſm naturam, hoc ad cōueniens ferri, neq; idem totius ⁊ partis locus. Quę quidē igitur dubitantur talia ſunt. Dicet autem vtiq; quis q ſi deus ⁊ natura tranſpoſuerint terram, vbi nūc eſt luna, vt opportunū ſic fert̄ ⁊ gleba illa. Sument enī ⁊ partes a conditore hanc virtutē quā hꝫ totū. Ipſe autem hęc ſoluet per hoc q oſtendet qđ corporibus ferri in ſuū locum eſt ęquale huic qđ eſt ad ſuam ſpeciē deferri ⁊ ad ſuam perfectionē. Oſtendet autē ipſum per hoc q omnis quidem qđ in potentia aliqđ eſt, perfectio eſt in illo eſſe. Nā potētia grāmatici perfectio ⁊ ſpēs eſt grāmaticum eſſe. Similr autē ⁊ muſici muſicū, ⁊ calidi calidū, ſi autē id in qbꝰ poſſunt ſm nām eſſe ꝑfectio potētiū, ⁊ quę ad illa trāſmutatio via vtiq; ipſis erit ad ꝑfectionē. His autē ſic ſe hñtibus, qm̄ quę mouētur ad aliquid potentia exiſtentia in illo ad eſſe in ipſo actu tranſmutant̄ omnia vtiq; quę mouentur ſm qđ potentia ſunt ad perfectionē ⁊ ſpēm tranſmutant̄ a natis mouere ipſa ⁊ trāſmutare. Quare ⁊ quę ſm locū mouentur ad ꝓpriam vtiq; ſpēm ⁊ perfectionem ſm quā ſunt mobilis tranſmutantur. Si autem hoc in ſuum locum tranſmutari eſt, demonſtrationem quidē igitur aſſumens ſic expoſuit Alexan. Ariſtoteles autem proponens cauſā dicere huius, q hęc quidē corpoꝝ ſurſum mouent̄, hęc autem deorſum, hęc autem vtrinq; vergunt ſm ſuā nāꝫ mota, qđ ⁊ expetebat ab his q dicebāt, vacuū qdē leue, ſolidum autē graue. Cōmunem cauſam in oībus ſpeciebus motus aſſignat. Tribꝰ enī exiſtibꝰ motibꝰ, eo q ſm Cō. 10m.

augmētum queꝫ ſm magnitudinē dixit, ⁊ eo qui ſm q̄litatem, quem ſm ſpeciem dixit generationē ſimul forte ⁊ alterationem inſinuās. Nam ꝓprie que ſm ſpēm trāſmutatio gn̄atio eſt ⁊ corruptio. Quāuis igit̄ motus ꝓpe nō ſit generatio, vt ipſe in 5° de naturali auditu determinauit, tamē cōgruunt ⁊ ipſi que nūc de motu dicunt̄. Tertio aūt exiſtēte motu eo ꝗ ſm locū. Scōm vnūquēqꝫ triū videmus trāſmutationeꝫ fieri ex cōtrarijs in contraria, aut intermedia ⁊ nō cuiuſuis ad quoduis tenere tranſitionē eſſe. Nā albū trāſmutatū non in grāmaticus tranſmutatur, neqꝫ in aliud aliquid niſi in contrariū albo, aut in aliquid intermediorum. Similr̄ ⁊ in alijs, vniſcuiuſqꝫ enim per ſe motus determinatus eſt, per ſe autem albi, q̄ ſm quod album tranſmutatio, ⁊ tanti inquantum tātuꝫ, ⁊ huius quod in hunc locum ſm quod natum eſt ad ipſꝫ. Quare ⁊ qđ ſm locuꝫ tranſmutatur nō in quoduis, neqꝫ ex quouis tranſmutat̄, ſed ex contrario in contrarium, aut intermedium. Contraria autem ſm locum ſurſum ⁊ deorſum. Cauſa autem /ait/ Alexāder /quare tranſmutationem in contrariū trāſmutata oportet fieri, hec ꝙ opꝫ ſemper hoc qđ tranſmutatur quidē exire ab hoc ex quo tranſmutat̄. Nō enim vtiqꝫ ſimul manebit in ipſo ⁊ trāſmutabitur ex ipſo. Qđ ſubijcitur igitur ⁊ dicitur trāſmutari derelinquens priorem ſpecieꝫ, in alia ſemper ſit ſpecie. Non enim poſſibile eſt in ꝑuatione omnis ſpeciei eē quod ſubijcitur, in tali erit tranſmutatuꝫ in quo exiſtēs, non adhuc erit in illo ex quo tranſmutatuꝫ eſt. Quare in non potenti coexiſtere cum ipſo. Talia auteꝫ contraria ⁊ intermedia ſunt. Non enim poſſibile eſt ſimul ideꝫ ſm idem in contrarijs eſſe, ꝓpter hoc igitur nō dicitur ex albo in grāmaticuꝫ tranſmutari, quia poteſt ſimul ⁊ alb⁹, ⁊ grāmaticus eſſe, ſed ex albo in nigrum, aut aliquod intermediorum eſſe. Conuertitur autem hoc. ſ. non in contingentia, ſed in contraria moueri que mouētur, ad oſtēdendum, ꝙ neqꝫ a contingēte mouētur, ſed a mouēte cōtrarium motum. Per hoc enim aſſignat cauſam lationis corporum ad ſua loca. Adducit igitur ꝙ neqꝫ motiuum ſit contingens contingentis. Sicut enim que mouētur diuerſis motibus in altera inuicem ſunt. Aliquid enim qđ ſm quantuꝫ mouetur. ſ. augmentabile, ⁊ aliud qđ ſm q̄le. ſ. alterabile, ſic ⁊ mouentia alia. Neqꝫ eniꝫ qđ augetur ab alteratiuo augetur, ſed ab augmentatiuo, ſed neqꝫ qđ alterat̄ ab augmentatiuo alterat̄, ſed ab alteratiuū. Sicut auteꝫ in his que ſm quale ⁊ quantū tranſmutationibus, neqꝫ contingens in contingens tranſmutatur, neqꝫ a cōtingēte, ſed trāſmutatur qdem in cōtrarium /aut intermediū, tranſmutat̄ aūt ⁊ mouet̄ a potēte talem motū mouere, eodē mō exiſtimādū, ⁊ in trāſmutatiōe ſm locū. Neqꝫ qđ fert̄, neqꝫ ꝯtingēs, neqꝫ incōtingēs fert̄, neqꝫ a ꝯtingēte, ſꝫ ipſm determinatū eſt ⁊ determinate fert̄, ⁊ a determinato. Hoc ꝑdearticulato ⁊ ab alijs motib⁹ ꝑſuaſo ꝙ id qđ ſm locū mouet̄ nō ꝯtingens in ꝯtingēs, neqꝫ a cōtingente, ſꝫ qđ potētia in id qđ actu a nato in ħ deducere trāſmutat̄, rōcinat̄ id ſic. Si ad ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ motiuum quidem qđ generatiuum ⁊ alleuiatiuum, ſed non contingens, mobile autem qđ potentia graue, ⁊ potētia leue in ſui locum ferri, aut ſurſum, aut deorſum latum in ſui ſpeciem ab eo qđ potentia in id quod actu ferri eſt. Sed aūs eſt verum, ꝓpter preoſtenſa. ſ. mouere quidē qđ gn̄atiuū, moueri auteꝫ qđ potentia graue ad actu tale. Et ꝯſequēs ergo verum, qđ mouetur ſurſum, aut deorſum ſm naturam ab eo qđ potentia in id qđ actu ſuiipſius ſpēm moueri. Etenim in caliditate ſi mouet quidem quod calefactiuum, mouetur autem quod potentia calidūꝫ in id qđ actu tale. Palam quia illud moueri ad quod natuꝫ eſt nihil aliud eſt q̄ ad moueri ſui ſpeciem ⁊ fieri calidūꝫ ſm actum. Et q̄diu vtiqꝫ fertur ſurſum, aut deorſum nōduꝫ perfecte ſui ſpeciem accepit cū ſiat adhuc. Quando autē accepit proprium locum, tunc ⁊ ſpeciem accipit propriā. Nam qđ actu eius, qđ quideꝫ erat potētia tunc accipit. ꝓpter quid igitur deorſuꝫ mouent̄ corpora ſm nāꝫ, quia graui eē /hoc eſt in deorſum eē ſm nām. Que igit̄ adhuc potētia ſunt grauia ab eo qđ natū eſt ſm grauitatē mouere /hoc eſt a faciēte terrā, aut aquā tranſmutātia ad actu eſſe grauia ad ſuā ſpēm trāſmutant̄. Etenī partes totorū etiā non ſint ipſe in adhibito aliquo loco quādo totis cōtinua ſiunt, ſed cū totis ſunt in illo loco in quo facte quod actu, ⁊ eam que ſm ſpecieꝫ ſuiipſarum acceperunt perfectionem. Si itaqꝫ hec vera, ⁊ vt Ariſtoteles /ait/ in ſuum locum ferri vnūquodqꝫ eſt ferri ad ſuam ſpēm qđ accepit ſpēꝫ grauis aut leuis iam non fertur. Si igit̄ graue qđ ad mediū, ⁊ leue qđ ad ſurſum non ſm eandeꝫ ad ſurſuꝫ ⁊ deorſum deſignādū eſt, ſed ſm inclinationē. Hec qdeꝫ igitur de intellectu dictoruꝫ, ſm lr̄am autē ſiqdeꝫ vt in quibuſdam exemplariū, ſiqdem ad ſurſum ⁊ deorſum. Motiuū qdem /graue ſcriptū eſt, planū eſt qđ dicitur. Si autē vt Alexander ſcribit, ſiqdem ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ, motiuuꝫ quidē, qđ gn̄atiuum ſcriptū eſt illud ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ antiquoꝝ more interꝑtatū ꝓ adſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ dictū eſt.

¶ Et ſic vtiqꝫ quis magis ſuſcipiet quod dicebāt antiqui. Qꝛ ſimile fertur ad ſimile. hoc enim non accidit ſemper. Non enim ſi quis tranſponat terram vbi nunc luna feretur partium vnaqueqꝫ ad ipſam, ſed vbi quidem ⁊ nunc. Totaliter quidē igitur ſimilibus ⁊ differentibus ab eodem motu neceſſe hoc accidere. Itaqꝫ vbi nata eſt vna aliqua ferri particula ⁊ totuꝫ. Quoniaꝫ autem locus eſt cōtinentis terminus. Continet autem oia que mouentur ſurſum ⁊ deorſum extremumqꝫ ⁊ medium, hoc auteꝫ modo quodaꝫ ſit ſpecies contenti. In eum qui ipſius locum ferri ad ſimile eſt ferri. Que enim deinceps ſimilia ſunt inuicem, puta aqua aeri, ⁊ aer igni, ⁊ econuerſo auteꝫ dicere, medijs eſt, extremis autem non, puta aerem quidem aque, aqueꝫ autem terre. Semper enim quod ſuperius ad id quod ſub ipſo, vt ſpecies ad materiā ſic ſe habent adinuicem.

¶ Cum dixiſſet ꝙ ferri in ſuū locum eſt ferri ad ſui ſpeciem, ab eo qđ potentia in id qđ actu ſm hoc /ait/ magis vtiqꝫ acceptabit. Et quando antiqui dicunt ſimile ad ſimile ferri. Simile eniꝫ qđ potentia ei qđ actu ⁊ ſit aliquid iam ens tale. Vt enim ſuſcipiunt quidam dictum eſſe ħ; quia terra ad terram non aduenit ſemper. Non enim ſi tranſponat quis terram vbi nunc eſt luna ferentur partes ipſius adhuc ad ipſaꝫ. Et nunc enim non ꝓpter hoc deorſum ferūtur partes terre, q̄a terra deorſum, ſed q̄a ſimilibus ⁊ diuerſis ab eodē motiuo accidit eodē moueri motu, ꝓpter hoc igit̄ vbi totū ibi ⁊ partiū vnaqueqꝫ nata eſt ferri, ſꝫ nō q̄a ad terrā, ſilia qdē igit̄ ⁊ nō ſimplr̄ ſimilia, ſed eadē nature, neqꝫ vtiqꝫ dicent̄ ꝓprie ad ſile, ſꝫ ad idē ferri hec. Si aūt totalr̄ magis ꝓpe vult q̄ eeꝫ que ad ſimile lationē inuenire eā que ad ſuiipſius locum inuenieт.

Cō. 11°.

veniet. Qm̄ eniꝫ locus eſt terminus ꝯtinētis, qđ ad ꝓpriū locū fertur ad terminū cōtinentis fertur. Qđ autē cōtinet ſimile eſt ei qđ cōtinet̄, qꝛ q̄ continent̄ ſi̇lia ad inuicē ſunt, velut aqua aeri, ⁊ aer igni, ⁊ ꝯconuerſo aūt in medijs verū dicere ſimilia eſſe, aerē quidē non ſolū igni ſimilē eſſe, ſed aquē. Quare ⁊ ſupra poſito ⁊ ſubtus poſito, ⁊ aqua ſilr aeri ⁊ terrē, extrema .ſ. ignis ⁊ terra nō adhuc habēt quid tale ꝯcōuerſo. Neqꝫ eni ignis ſupra poſitū aliqđ hꝫ, neqꝫ terra ſuppoſitū. Qꝫ aūt ſimilia q̄ cōtinent̄ palā ex eo ꝙ de facili tranſmutātur adinuicēꝫ ſm̄ inexiſtentē ipſis cōem qualitatē cognata exiſtia. Secūdū hanc aūt forte ignis ⁊ terra, illud ꝯcōuerſo habebūt cōis habitis ſiccitatē. Et tota quidem rōnis deductio talis ꝙ ad ꝓpriū locū fert̄. Cum dixiſſet aūt ꝙ locus eſt ꝯtinentis terminus, adduxit. Cōtinet aūt oia q̄ mouent̄ nō ſimpliciter, ſed ſurſum ⁊ deorſum qđ extremū ⁊ qđ mediuꝫ. Nam circulariter mobile corpus ipm̄ extra extremaꝫ nō cōtinetur ab extremo ⁊ medio, ſed ſola q̄ ſurſuꝫ ⁊ deorſum mouent̄. Hoc aūt non fruſtra (vt eſtimo) appoſuit, ſed inſinuans, qꝛ eoꝝ quideꝫ q̄ ad ſurſum mouent̄ ſuprapoſitū eſt cōtentiui ſuppoſiti, ſicut ignis aeris. Eorū aūt q̄ ad deorſum qđ ſubtus poſitū, hēc enim ꝓximiora cōtinentibus ſunt .ſ. extremo ⁊ medio. Continēs autē modo quodā ſit ſpēs cōtēti, qđ habitū dixit tanq̄ ꝯtiter poſitū. Si eniꝫ his quidē ſpēm qui ſurſum locus dat leuibus tunc faciꝫ qñ in ſurſum loco fuerint, grauibus autē qđ deorſuꝫ. Qđ quidē circa extremū ſurſum eſt ſpēs tanq̄ in illo perfectionē habeat, aeri aūt ignis, qꝛ vſqꝫ ad illos aſcenſus. Et iteꝝ terrē quidē mediū eſt ſpecies, aquē aūt terra, qꝛ aqua in terra ſit, tanq̄ ſui ipſius ſpecie accepta q̄ ſm̄ grauitatē quieſcit, ⁊ ſunt ſpēs quideꝫ ꝓportionaliter extrema tanq̄ ſpecifica ꝯtiter poſitoꝝ, hēc aūt natura .ſ. media, tanq̄ ſpecificata ab illis. Nam ignis quidē aeri leuitatē dat, terra aūt aquē grauitatē. Alius aūt eſt modus iſte diuiſionis in formalia ⁊ mālia quattuor elemētorū, ⁊ alius ille ſm̄ quē grauia quidē ⁊ frigida materiē rōneꝫ habent, leuia aūt ⁊ calida ſpeciei. Ipſe aūt Ariſto. in alijs dicit, ⁊ Theophra. in libro de gñatione elemētoꝝ ⁊ Poſſidonius ſtoicus ab his accipiēs vbiqꝫ vtitur. Alexāder aūt expoſitoꝝ notat quidē aliā nunc traditā diuiſionem elementoꝝ ſm̄ formale ⁊ mā̄le. Dicit aūt aquā terrē ſpeciē ⁊ nō ꝯcōtrario vt ego puto. Scribit aūt ſic. Sunt quidē igit̄ ſimplr mālia terra ⁊ aqua, ⁊ ſimple formalia ignis ⁊ aer. Adinuicē aūt ⁊ vt proxime ſpecies ⁊ vt ꝓxime materiē q̄ ꝓpe inuicē ſunt paucā habētia eam q̄ ſm̄ materiale varietatē. Etenīꝫ aqua terrē ſpecies aliqualr equidem exiſtēs ⁊ ipſa mālis, qꝛ ad hanc ſic hꝫ. Et quidē ſi loca ſunt formalia, vt Ariſto. dicit, qui extremus ⁊ qui medius ⁊ eſt aquē vt q̄ ſm̄ naturā inclinatio vt ad ſpeciē ⁊ perfectionē ad mediū, ꝓximoꝝ aūt medio terra eſt q̄ aqua. Hēc vtiqꝫ magis ad aquā habebit rationē ſpeciei q̄ aqua ad terrā. Nam grauitatis ſpēm a medio ꝓmo terra accipiens ⁊ aquē ipſaꝫ tradit. Et ſicut ſe habꝫ ad aereꝫ ignis ita ſe hꝫ terra ad aquā. Videt̄ autē Alexā. ad id qđ ab Ariſto. dictū eſt aſpicere. Semꝑ eniꝫ qđ ſupius ad id qđ ſub ipſo vt ſpēs ad materiā ſic hūt adinuicē. Forte autem dicēs cōtinere omnia q̄ mouētur ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ qđ extremū ⁊ qđ mediū tanq̄ cōtinens ⁊ mediū dixit ſuperius eo ꝙ ab ipſo continet̄. Extremū aūt ⁊ mediū modo quodā fieri ſpēm habitoꝝ aūt, qꝛ nō ipſa ſunt ipſoꝝ ſpecies, ſed q̄ ab ipſis dant̄, extremi quidē ſurſuꝫ ⁊ leuitas formalis exiſtis leuiū, a medio aūt grauitas ⁊ qđ deorſum.

❡ Querere aūt ꝓpter quid fert̄ ignis ſurſum ⁊ terra deorſum, idē eſt ⁊ ꝓpter quid ſanabile ſi moueat̄ ⁊ tranſmutet ſm̄ qđ ſanabile in ſanitatē venit, ſed nō in albedinē. Similr aūt ⁊ alia oia alterabilia, ſed adhuc ⁊ augibile cū mutetur ſm̄ qđ augmētabile non in ſanitateꝫ venit, ſed in magnitudinis exceſſum. Silr autē ⁊ horū vnūqđqꝫ, hoc quideꝫ in quali, hoc autē in quanto trāſmutat. Et in loco q̄ quidē leuia ſurſum, q̄ aūt grauia deorſum, niſi qꝛ hēc quideꝫ in ſeipſis vident̄ hr̄e principium tranſmutationis. Dico aūt graue ⁊ leue, hēc aūt non, ſed ab extra, puta ſanabile ⁊ augmētabile, quāuis qñqꝫ ⁊ hēc ex ipſis trāſmutentur ⁊ paruo facto in his q̄ extra motu, hoc quidē in ſanitatē venit, hoc aūt in augmentū. Et qm̄ idem qđ ſanabile ⁊ qđ languoris ſuſceptiuū ad infirmitatē. Magis auteꝫ graue ⁊ leue horū in ſeipſis habere videntur principiū ꝓpter ꝓpinquiſſima ſubſtātiē eſſe, horuꝫ materiā. Signū autē qꝛ latio abſolutorū eſt, ⁊ generatio vltimus motuū. Quare primus vtiqꝫ erit ⁊ ſm̄ ſubſtantiā hic motus.

❡ Oſtenſo ꝙ ſurſuꝫ ⁊ deorſum ferunt̄ ſm̄ naturaꝫ vt ad ꝓpriā ſpeciē ⁊ perfectionē ferūtur, ⁊ ab eo qđ potētia in id qđ actu entis potentiaꝫ habebāt, nunc hoc perſuadet ⁊ ab alijs motibus. Oſtendēs ꝙ vt in illis ab eo ꝙ potētia ad propriū accidentiū in aliud aliquid fit q̄ ſm̄ naturā tranſmutatio. Sic ⁊ in motu ſm̄ locum hꝫ, ꝓpter qđ aut nihil differt hr̄e ꝓꝑ quid ignis ſurſum fertur, terra autē deorſuꝫ, ab inquiſitione ꝓpter quid ſanabile ſi ſm̄ qđ ſanabile eſt trāſmouet̄ in ſanitatē venit, ſed nō in albedinē. Similr aūt ⁊ oia alia alterabilia. Et augmētabile autē qñ tranſmutat̄ ſm̄ qđ augmētabile, nō in ſanitatē venit, neqꝫ in aliā qualitatē, ſed in magnitudinis exceſſum, qꝛ ſm̄ quantū eſt tranſmutatio, ſed nō ſm̄ quale. Sic igitur ⁊ in his q̄ ſm̄ locū mouent̄, leuia quidē ſurſuꝫ, grauia aūt deorſum, ⁊ non ad aliqđ aliud moueri nata ſunt. Nā ignis deorſum exiſtēs leuis ſic eſt ⁊ dr̄ tanq̄ ſupnatatiuus ⁊ potētia adhuc hōs ſuperferri. Similr autem ⁊ terra ſurſum tanq̄ ſubſtitiua ⁊ potētia adhuc hōs ſubſtare, ſicut ⁊ ſanabile. Qñ aūt mouent̄ ſm̄ qđ talia, ignis quideꝫ ad ſurſum ⁊ ad ſupnatare vt ad ꝓpriā ſpēm ⁊ ad actū ſuum mouet̄ ⁊ perfectionē, terra aūt ad deorſum ⁊ ſubſtare, ⁊ non ad aliqđ aliud ſm̄ naturā neutruꝫ. Hec autē vt paulo poſt docebimus dicunt̄ in his q̄ adhuc ſunt ⁊ trāſmutantibus ⁊ q̄ nōdū ſui ipſoꝝ perfectionē, ⁊ qđ actu ſui ipſoꝝ perfecte receperūt, ſed adhuc mouētur qđ quideꝫ ineſt ⁊ deorſum exiſtēti igni, ⁊ ſurſum exiſtēti terrē. Euidēnus aūt in exalationibus vt nondū perfecte in aerem trāſmutatione facta, ⁊ in exaquatis vt ros ſe hꝫ ⁊ pruina. Ferunt̄ eniꝫ hēc nondū exiſtia actu aer aut aqua. Notat autē ad ſcripturā Alexāder dicēs ꝙ pro [querere autē] melius eſſet ſcribere, querere itaqꝫ, qꝛ hoc tanq̄ ad preoſtēſa cōſequet̄. Poteſt aūt ⁊ ſcriptū eſſe bene, ſimilitudinē ad alios motus eoꝝ q̄ ſm̄ locū mouent̄ oſtēdens, ⁊ ab illis hanc probans. Et hoc ſilr, ⁊ horuꝫ vnūqđqꝫ, vel aut oportebat ſcriptū eſſe, ſilr aūt ⁊ alioꝝ vnūqđqꝫ, aut ſimiliter vt horum vnūquodqꝫ. Cōſequētia eniꝫ ſunt, aut vt hēc, ſic q̄ in loco. Forte auteꝫ nulla variatione lr̄a indiget ſi ſm̄ copulationē legat̄. Dicit enim. Silr aūt ⁊ horuꝫ Cō. 12m.

vnūquodqʒ, hoc quidē in quali, hoc aūt in quanto trāſmutat, ⁊ in loco leuia ſurſuʒ, grauia aūt deorſum. Quo enim diceret vnūquodqʒ in duobus .ſ. tranſmutari ſm̄ qualitatē ⁊ ſm̄ quātitatē, ſi non tertiū qđ ſm̄ locū ipſis coordinaſſet. Scire aūt opʒ ꝙ potens ⁊ in his que ſm̄ ſubaʒ trāſmutant, hoc eſt in his ꝙ generant̄ eadē dicere Ariſtote. que quidē in his que alterant̄, qm̄ ⁊ illa ab eo qđ potentia in id qđ actu trāſmutant̄. Pretermiſit tn̄ illa q̄ neqʒ moueri ipſa vult nondū entia que dicūtur. Motū aūt in tribus relinquit .ſ. in his que ſm̄ quantitatē ⁊ qualitatē, ⁊ ſm̄ locum tranſmutant̄, ꝓpter qđ vt a ſimilibus .ſ. augmētatio ⁊ alteratio que ſm̄ locū mouent̄ perſuaſit. Cum dixiſſet aūt ſimiliter hr̄e qōnes in his que ſm̄ locum mouent̄, q̄ terra quidē deorſum, ignis aūt ſurſum mouet̄, ⁊ in his ꝙ ſm̄ quantitatē ⁊ qualitatē, ꝯſiter dñiaʒ motus ſm̄ locum ad alios tradit, quia que quidē ſm̄ locū mouent̄ in ipſis habere vident̄ principiū, tranſmutationis grauitatem ⁊ leuitatē. Que aūt ſm̄ qualitatē ⁊ quātitatem non adhuc, ſed ab aliꝗs mouent̄ extrinſecus ipſa trāſmutantibꝰ, puta ab alterantibus ⁊ augmētantibus. Deinde ⁊ qualēqʒ in differentibus ſimilitudinē inſinuat qn̄ ait/ Et hec que alterant̄ ⁊ augmentant̄ ex ſeipſis tranſmutant̄. Etenim ſanant̄ quidā nihilo medicatiui indigentes ⁊ augentur nutritiua que in ipſis ⁊ virtute augmētatiua operāte. Bene aūt appoſuit ⁊ hoc paruo facto in his que extra motum oſtendens ꝙ non ſiłr his que ſm̄ locū mouent̄ totā motus cām ex ſeipſis habēt hec. Etenim alimento ablato indiget ⁊ qđ auget̄ ⁊ qđ ſanatur aeris temperie, tn̄ ſanans ⁊ augens ꝓxime natura eſt que his vtit̄. Cum dixiſſet aūt ꝙ in ſanitatē ex ſeipſis tranſmutant̄ modica extrinſecus indigēt cooperatione, apponit qđ idē eſt ſanabile ⁊ egritudinis ſuſceptiuū, ꝓpter qđ ſiquidē ſm̄ qđ ſanabile moueat̄ in ſanitatē fertur. Si aūt ſm̄ qđ egritudinale, in egritudinē. vnūquodqʒ enim ad illud mouet̄ ad qđ virtutes hʒ. Colligens igit̄ ꝙ que ſm̄ locū mouent̄, hec enim ſunt graue ⁊ leue que cū mouent̄ in ſeipſis habēt motus principiū, cām adiecit huius ꝙ que ſm̄ locuʒ mouent̄ perfectiora ſunt. Perfectiora aūt ⁊ iam entia ſm̄ actuʒ, magis habēt in ſeipſis motus ꝑncipiū, ꝓpter hoc enim ⁊ aialia totaliter aiata pfectiora aliꝗs exiſtētia hoc maxime abūdant .ſ. ex ſeipſis moueri. Nam imꝑfectum ⁊ nondum ens ab hoc mouet̄ a quo ⁊ fit. Huius aūt ꝙ perfectiora ſint que ſm̄ locum mouētur cauſam adiecit .ſ. ꝙ hocuʒ materie ꝓpinquiſſima ſubſtātie eſt, obſcure cām exprimens. Materiā quidē enim dicit idoneitatē ipſoꝝ ⁊ ꝙ potētiā. Subſtantiā aūt perfectā ipſoꝝ ſpeciē. Omne enim qđ potētia, materia eſt ad hoc qđ poteſt, ⁊ vniuſcuiuſqʒ ſubſtātia ſm̄ perfectā ipſius ſpēm determinata eſt. Quoniam igitur que ſm̄ locum mouētur non ſm̄ aliqd eorū que in ipſis tranſmutātur/ ſed ſm̄ locū ſolum, ⁊ ſi habeant aliqd imperfectuʒ adhuc ꝑꝑ qđ ⁊ mouent̄. Que igitur ſm̄ ſubſtātiā iam perfecta prope ſunt eius que ſm̄ locuʒ perfectionis. Nam que ſm̄ localē motū idoneitas non vt ad ſubſtantiā, ſed vt ad opationeʒ vadit, ꝓpter qđ ⁊ diuina corpora motu hoc non dedignata, ſunt moueri tanq̄ hñtia moluū qđ actiuū. Nam alterari quidem ⁊ augeri ⁊ adhuc cū his generari paſſiones magis ſunt. Qui aūt ſm̄ locuʒ motus actus eſt magis, ꝓpter qđ que ſm̄ locuʒ mouent̄, ſm̄ qđ quidē mouent̄ totaliter nondū quideʒ eam ꝙ ſm̄ hoc perfectionē acceperunt, ſi ad endelechiaʒ ⁊ ſpēm ſui ipſoꝝ que ſm̄ hoc mouent̄. Pertingētia autē ad ſuum locum per motū ſm̄ locuʒ ſuam accipiunt ſm̄ hoc pfectionē, actu facto hoc qđ interim erant potentia ſolū. Merito igit̄ horū idoneitatem propinquiſſimā perfectioni ꝙ ſm̄ ipſam dixit, ſi que perfecta entia ſm̄ ſubſtantias operari indigēt ſolum. Et ſi per eum qui ex ſeipſis motū ſpēm ſortiunt̄ nullo alio indigētia. Ea aūt prope perfectionē ſint ⁊ pfectiora his que aliter mouentur, ſigna duo producit. Vnū quidē ꝙ abſolutoꝝ eſt talis motus, hoc eſt integroꝝ ſm̄ ſubſtantiā entiuʒ ⁊ non ſm̄ aliquid eoꝝ que in ipſis tranſmutantiū. Nam que generant̄ ⁊ augent̄ ⁊ alterantur nondū abſoluta ſunt ad eam que ſm̄ ſeipſa ſubſiſtētiaʒ. Scđm autem id ꝙ que ſm̄ locum mouent̄ poſteriora ſm̄ generationē ſunt. Que aūt ſm̄ generationeʒ poſteriora pfectiora ſunt. Etenim in animalibus impfecta perfectio in gñatione ꝑcedūt, ſperma qdē ⁊ mēſtruū, ſi forte ⁊ embrionis paulatiua formatio ⁊ parturitio ꝑcedunt eā que poſt tp̄s patit̄ perfectionē vt ſiłe ſibi generet. Et in plantis ſiłr ex imperfecto vnūquodqʒ ad perfectuʒ ꝓcedit. Qđ aūt perfectius prius ſubā, tāq̄ gratia huius ⁊ aliꝗs pꝛeacceptis. At ꝟo ⁊ qui ſm̄ locuʒ motus, poſterior aliꝗs ⁊ in aialibus ⁊ inanimatis aduenit. Iam enim perfecta aialia mouētur ſm̄ locū, ⁊ nālia corpora perfecta, eoꝝ qui ſm̄ nām ipſoꝝ motū qui ſm̄ locū accipiunt. Ignis quideʒ ſcꝫ eum qui ad extremū, terra aūt eum qui ad medium. Pꝛecedit autē alteratio ⁊ ſup ipſam augmētatio, ⁊ ſic qui ſm̄ locū motus aduenit ⁊ maxime impfectioꝛibus/ qualia ſunt aialia. Perfecta enim iam ⁊ abſoluta hec cōuenientibus animalibus locali motu mouent̄. Quare ꝑmus vtiqʒ erit qui ſm̄ ſubſtantiā localis motus, aliꝗs poſterios ⁊ tēpore ⁊ ordine aduenienꝰ. 3° phyſicorum idem text.

¶ Quando quidē igit̄ fit ex aqua aer ⁊ ex graui leue venit in ſurſum. Simul autē eſt leue ⁊ non amplius fit, ſʒ ibi eſt. Manifeſtū itaqʒ ꝙ potētia ens in actu ens venit illuc ⁊ ad tantuʒ ⁊ tale, cuius endelechia, ⁊ quanti, ⁊ qualis, ⁊ vbi. Eadem aūt cauſa ⁊ eius qđ iaʒ exiſtentia ⁊ entia terrā ⁊ ignē moueri in ea que ipſorum loca nullo impediente. Etenim nutrimentum cum prohibens ⁊ ſanabile cū retinens non fit fertur mox.

¶ Cum dixiſſet ꝙ que in ipſoꝝ locū mouent̄ ad ipſoruʒ ſpēm mouent̄ ⁊ ad ipſoꝝ perfectioneʒ. Quoniam ⁊ terra iam exiſtēs ad deorſum mouet̄ ⁊ ignis iaʒ exiſtēs ad ſurſum, diſtinctionem tradit nobis eoꝝ que in fieri ⁊ in eo qđ in potētia in id qđ actu trāſmutari ſui ipſoꝝ motu mouent̄ ⁊ eoꝝ que iam ſunt. Et dicit ꝙ qn̄ fit ex aqua aer ⁊ totalr̄ ex graui aliquo leue venit ad ſurſum. Simul aūt cum accepiſſe ſpeciē ⁊ factū eſt leue perfecte, non adhuc fit leue, ſed eſt. Si igitur leue qđ ſupnatat ſurſum iam eſt, manifeſtum igit̄ ꝙ potentia ens leue ⁊ in endelechiā vadēs mouet̄ ad ſurſum, actu aūt factū eſt ibi. Cum dixiſſet aūt de his que ſm̄ locū ꝙ in actū migrātia veniunt illuc. Locale enim illud illuc adiungit, ⁊ de aliꝗs motibus breuiter, ꝙ que ſm̄ quantū in actū migrantia veniūt ad tantū ⁊ que ſm̄ quale ad tale vbicūqʒ actus, puta ſurſuʒ ⁊ quātūcūqʒ erat puta ſi forte duoꝝ cubitoꝝ ⁊ ſi albi. Cum dixiſſet autē de his ꝙ fiunt adiungit, ⁊ de his que iaʒ ſunt actu, de iam ente igne, ⁊ de iam ente terra. Quia ⁊ in his eadē cā eſt quare in ipſoꝝ locorū mouent̄ nullo impediente, ꝙ quidē ⁊ in his que adhuc fiunt. Nam que actu ſunt ⁊ vi in alieno loco detinent̄, aut ⁊ ſubito in alieno loco fiunt, ſicut qui hic accēdit̄ ignis, aut qui in nubibus cōſtat lapis ⁊ hec nullo impediēte ferūtur ad locū qui ſm̄ naturā ipſis ꝯuenit. In quo fiunt perfectionē accipiunt ſpēi. Sive enim ꝓpter hoc ſunt in alieno loco, q̄ ibi generabentur participant aliqualiter adhuc ꝯria natura ex qua trāſmu Cō. 13°.

tata fuerunt quam ſe ponunt ad propria delata loca ſiue tanq̃ vi detenta, ꝛ ſic pter naturã aliqualiter diſponunt̃. Nam qđ ſupernatare natũ eſt ſi ſupereminere ꝛ ſupnatare cogatur pter naturaꝫ diſponit̃ tunc. Q uare ꝛ quę actu iam eſſe vident̃, qñ in alienis locis ſunt imꝑfecta aliq̃lr ſunt ꝛ habẽt aliqđ potentia ꝛ mouẽtur ad id qđ actu ꝛ ꝑfectũ adducta. Et ꝙ etiã quę actu iaꝫ eſſe vident̃, impedita aũt habere aliquid potẽtia velit inſinuat adiungens. Etenim nutrimentũ ꝛ ſanabile qñ prohibẽs ſublatuꝫ fuerit ferunt̃ ad id qđ ſui ipſoꝝ actu, potẽtia adhuc exñtia. Nam ꝛ nutrimentuꝫ qñ actu fit hoc qđ erat potentia, ſcꝫ caro, tunc apponit̃ ꝛ nutrit ꝛ auget illud cuius dĩ eſſe nutrimentũ. Multũ aũt hꝫ qđ potentia dĩaꝫ in iam facto, ꝛ in eo qđ nõdum ſpeciẽ accepit. Hoc quidẽ eniꝫ eſt ſicut qđ in puero grãmaticũ, illud aũt ſicut qđ in hñte quideꝫ habitũ grãmaticũ, non operãte aũt ſm hunc. Tale autẽꝫ ꝛ huius qđ ſm locũ mouet̃, illud potentia. Et vł Ariſto. per hęc ſoluere inſtantiã quandã dicentẽ. Si quod fertur ad proprium locuꝫ ſm naturã ad propriam ſpeciẽ fert̃, ꝓpter quid qđ iam accepit propriã ſpeciẽ ad propriũ locum fertur. Et dicit qđ propriã ſpeciẽ accipit perfecte qđ ſm locum mouetur, qñ in proprio loco fuerit.

ℭ Mouet autẽ ꝛ qđ a principio fecit ꝛ impedimentũ remouens aut vnde reſiliuit, quẽadmodũ dcm̃ eſt in primis ſermonibus in quibus determinauimus ꝙ nihil horũ ipſum ſe ipſuꝫ mouet. Propter quã igitur cauſaꝫ fertur latorum vnũquodq̃, ꝛ ferri in ſui ipſius locum quid eſt, dictum eſt.

Cõ.14ᵐ. ℭ Cuꝫ dixiſſet ꝙ magis q̃ quę aliter mouent̃ quę ſm locum mouent̃ in ſeipſis hñt motus principiũ, attentũ reddit auditorẽ qđ vt ad cõparationẽ alioꝝ dictum eſt, hoc eoꝝ quę ſm qualitatẽ ꝛ ſm quãtitatem mouent̃, quibus ꝛ perfectiora ſunt quę ſm locũ mouent̃ ꝙ neqꝫ ipſa proprie in ſeipſis habẽt motus principiũ. Sed ẽt in his verũ eſt qđ in octauo de nãli auditu dĩ, qđ nihil naturalr motorũ ipſum ſeipſuꝫ mouet, ſed oẽ qđ mouet̃ ſic ab altero mouet̃. Primos aũt ſermones vocauit illos tanq̃ de nãlibus principijs tractãtes. Dicit igit̃ ꝙ ꝛ quę ſm locum mouent̃ ab altero mouent̃. Oĩa enim ab eo qđ a principio fecit. Nã qđ in ignem trãſmutat ipſum eſt cã ipſi ſm ſe eius qui ad ſurſum motus. Sed ꝛ ſi qđ prohibet ferri, aut ignẽ ſurſum, aut terrã deorſuꝫ remouẽs prohibẽs eſt cã ipſi motus, ſed ſm accidens cã. Et vnde, ait, reſiliuit ꝛ ipſum mouet aliqualr, vt murus reſilientẽ lapidẽ, aut pilam. Attẽdere aũt opꝫ ſi naturalis ꝛ ſimplex eſt talis motus, neq̃ enim ſurſum, neq̃ deorſuꝫ, ſed ad latera fit, quibus cõcludit̃ ꝓxime ꝑmiſſum ꝛ oſtẽſum qđ quideꝫ dixit dubitare quoſdã ꝓpter quidẽ ſurſum ferunt̃ corporum, hęc aũt ſemper deorſum ſm naturã, hęc aũt ſurſum ꝛ deorſum. Oſtẽdit enim, qꝛ qđ ad ſuum locũ mouet̃ ad ſuã ſpẽm ꝛ ſuam perfectionẽ mouet̃. Et qꝛ idem eſt quęrere ꝑꝑ quid fert̃ ignis ſurſum, terra autẽ deorſum, ꝛ ꝑꝑ quid ſanabile ſi mouet̃ ꝛ tranſmutetur ſm quod ſanabile in ſanitatem venit, ſed non in albedinem.

ℭ Differentias aũt ꝛ accidẽtia circa ipſa nũc dicamus. Primũ quidẽ igitur determinatũ ſit quẽadmodũ videt̃ omnibus, graue quidẽ ſimplr qđ omnibus ſubſtat, leue aũt qđ omnibus ſupernatat. Simplr aũt dico in genus reſpiciens ꝛ quibuſcũq̃ non ambo exiſtunt. Quale videt̃ ignis quidẽ quęcũq̃ magnitudo ſurſum lata ſi non exiſtat prohibẽs alteꝝ, terrę autẽ deorſum. Eodẽ aũt modo ꝛ velocius qđ plus. Aliter aũt graue ꝛ leue quibus ambo exiſtunt. Etenim ſuꝑferunt̃ quibuſdẽ ꝛ ſubſtant quẽadmoduꝫ aer ꝛ aqua, ſimplr quidem enim neutrũ, horum leue aut graue. Terra quidẽ enim ambo leuiora ſuꝑnatat. n. ipſi quęcũq̃ ipſoꝝ particula. Igne autẽꝫ grauiora ſubſtat enim ipſoꝝ quantacunqꝫ vtiqꝫ ſit particula, ad ipſa aũt ſimplr, hoc quidem graue, hoc aũt leue. Aer quidẽ enim quãtuſcũqꝫ vtiqꝫ ſit ſuperfertur aquę. Aqua autem quantacũqꝫ vtiqꝫ ſit aeri ſubſtat. Qm̃ autẽꝫ ꝛ alioꝝ hęc quidẽ habẽt grauitatẽ, hęc autẽꝫ leuitatẽ. manifeſtũ qꝛ horũ quidem cã oĩum quę in cõpoſitis differentia, ſm enim illa ſortiri, huius quidẽ plus, huius aũt minus. Erũt hęc quidẽ leuia, hęc aũt grauia corpoꝝ. Quare de illis dicendũ, alia enim ſequũtur prima, qđ quideꝫ dicebamus oportere facere, ꝛ ꝑꝑ plenũ graue dicẽtes, ꝛ ꝓpter vacuum leue.

ℭ Cõmuni cauſa aſſignata quęrẽtibus ꝑꝑ quid, hęc qdẽ ſurſum ferunt̃ corpoꝝ, hęc aũt deorſum, hęc aũt ſurſum ꝛ deorſuꝫ ad differẽtias vertitur nunc, ſm quas, hęc quidẽ grauia ſunt, hęc aũt leuia, hęc aũt vtrinq̃ vergunt. Et ad accidentia, qꝛ non eadẽ vident̃ vbiq̃ grauia aut leuia eſſe. Accipit autẽ primo a cõi exiſtimatione qđ eſt aliqđ ſimplr graue ꝛ ſimplr leue, ꝛ quę ſunt hęc. Poſterius aũt ꝛ demõſtrabit ipſa. Dicit igit̃ graue quidẽ ſimplr omnibus videt̃ qđ omnibus ſubſidet, leue aũt ſimplr qđ omnibus natat. Deinde exponit illud ſimplr qualiter acceptum eſt. Simplr eniꝫ dico, ait, ad genus aſpiciens ꝛ quibus nõ ambo inſunt ꝛ leuitas ꝛ grauitas, ſicut duobꝰ medijs elemẽtis aeri ꝛ aquę, qꝛ vtrũq̃ quidẽ ipſoꝝ ſubſidet quidẽ ſuprapoſito, ſupernatat autẽ ſuppoſito. Hęc non vtiq̃ erunt ſimplr leuia aut grauia, ſꝫ ad ſubſidẽtia quideꝫ ipſis leuia, ad ſupernatantia aũt ipſis grauia. Solũ autẽꝫ illud ſimplr leue qđ ſolũmodo leue, ſed non ꝛ graue. Et ſolũ ſimplr graue qđ ſolũmodo graue. Ad genus autem reſpiciens dixit, pro hoc. ſ. ad naturã ipſam ſm quã tale, ſed nõ ad cõparationẽ ad aliud aliquid, hoc autẽ natura tale. Duo hęc deſignare, ait, ſcilꝫ ꝙ nõ ꝓpter paruitatem aut magnitudinem tale, ſed cuius ꝛ quęcũq̃ particula hꝫ eandẽ virtutẽ cum toto velut ignis quęcũq̃ magnitudo ſurſum fertur, ſi nõ aliqđ extiterit prohibens alterũ, quare etſi nõ ſupernatet aliqñ eo ꝙ ipedia t̃ qđ ſic natum eſt, ſimplr leue eſt. Silr aũt ꝛ qđ ſimplr graue. Scđm autẽ ſignũ eius qđ ſic natũ eſt hoc qđ eodeꝫ motu citius fertur qđ amplius eiuſdẽ enim naturę exñtibus, vt qđ plus ad id qđ minus, ſic ꝛ motus ſr hꝫ ad motũ. Videt̃ aũt ꝛ hoc quidẽ quibuſcũq̃ nõ ambo inſunt diſtiguere ipſa a duobus medijs elemẽtis ab aqua ꝛ aere, quoꝝ vtriqꝫ ambo inſunt graue ꝛ leue. Hoc autẽ genere talia eẽ ad ea q̃ multitudine aut magnitudine determinant̃. Cuꝫ dixiſſet aũt de ſimplr graui ꝛ de ſimplr leui, quoꝝ vtriq̃ alterũ ſolũ inexiſtebat adducit de medijs ꝙ hęc ſic ſunt grauia ꝛ leuia tanq̃ vtriq̃ ipſoꝝ ambobus exñtibus. Et ꝓpter hoc vtrinq̃ vergẽtibus. Hęc aũt etſi non vł illud ſimplr ha

beant, vt hoc quidē ipſoꝝ ſimplr̄ ſit graue, hoc autē ſimpliciter leue, ſed ſꝫ aliud aliqd etiā ipſa illud ſimpliciter hñt, adinuicem enim ſimplr̄, hoc quidē graue eſt, hoc autem leue. Quia aer quidēꝫ quātuſcūq; ſit, ſiue totius ſiue pars ſupnatat aquę, hęc aūt nō, ſed totū ſimplr̄ ⁊ omnis pars. Aqua autē quantacūq; ſit ſubſidet aeri, ⁊ pp̄ hoc ⁊ ipſa vt ad aerē ſimplr̄ grauis dr̄, non veluti lꝫ ſimplr̄ exiſtente hoc, q2 non ⁊ ad extrema elemēta eandē hñt rationem. Palaꝫ aūt ꝙ ſm eandē analogiā aer quidē ad ignē grauis vtiqꝫ ſit, aqua aūt ad terrā leuis. Cum dixiſſet autem de ſimplicibus corporibus. ſ. de vlr̄ leui ſimplr̄, ⁊ de vlr̄ graui ſimplr̄, ⁊ de his quę non vlr̄ quidē, ſimplr̄ aūt vt adinuicē. Conſequenter de alijs inducit corporib⁹, ꝗ eſt de cōpoſitis. Hęc enim ſunt alia p̄ter ſimplicia. Et dicit ꝙ qm̄ ⁊ horū, hęc quidē habent grauitatē, hęc aūt leuitatem, nihil ipſa horū gratia opꝫ multuꝫ pertractare. Palam enim ꝙ in ſimplicibus ex qbus cōponant̄ hęc diſa ſm qō illoꝝ, huius quidē plus, huius autē minus participant, hęc cōpoſitis eſt cā, quare hęc quidē ipſoruꝫ leuia, hęc aūt grauia ſunt. Quare euꝫ qui de graui ⁊ leui ingrit de his quę in ſimplicibus opꝫ dicere illa enim aſſequuntur cōpoſita. Hoc aūt pp̄ eos qui ꝓpter plenū dicūt grauia eſſe corpora, ⁊ ꝓpter vacuuꝫ leuia exigimus facere, ⁊ de ipſo pleno primū, ⁊ de vacuo dicere ꝓpter quaꝫ cām, hoc quidē eſt graue, hoc autē leue. Hoc eniꝫ cognito palam vtiqꝫ erit iam ꝓpter quid compoſitorū ex ipſis, hęc quidem leuia ſunt, hęc autem grauia.

¶ Accidit itaqꝫ non vbiqꝫ eadē grauia videri eſſe ⁊ leuia ꝓpter primorū differentiā. Dico aūt puta in aere quideꝫ grauius erit talenti lignū plūbo mnaico, in aqua aūt leuius. Cauſa autē q2 omnia grauitatē habēt p̄ter ignem ⁊ leuitatē pręter terrā. Terram quidē igitur ⁊ quęcūqꝫ terrę habēt plurimū vbiqꝫ grauitatē habere neceſſariū, aquā aūt vbiqꝫ pręter q̄ꝫ in aqua ⁊ terra. In ea enim quę ipſius regione oia grauitatē habēt pręter ignem etiaꝫ aer. Signum aūt q2 trahit plus inflatus vter vacuo. Itaqꝫ ſi aliqd aeris hꝫ plus q̄ꝫ terrę ⁊ aquę, in aqua qdē cōtingit leuius eſſe aliquo, in aere autem grauius. Aeri quidē enim non ſuperfertur, aquę autem ſuperfertur.

Cō.16ª. ¶ Cum dixiſſet ꝙ cōpoſita pp̄ ſimpliciuꝫ differentiā ex quibus cōponunt̄, his quidē plus, his aūt minus participantia, hęc quidē ſunt grauia, hęc auteꝫ leuia, inſtantiam quandā intellexit dicentē. Si enim eadē vbiqꝫ ex eiſdeꝫ cōponunt̄, ceu lignū vnius talenti, ⁊ in aere ⁊ in aqua exiſtens, ex eiſdē conſtat elementis, ⁊ plumbū vnius mnes ſlr̄, ⁊ penes elemēta leuitas ⁊ grauitas in cōpoſitis eſt, vt p̄rime dixit Ariſto. Propter qd nō vbiqꝫ eadeꝫ grauia ſunt ⁊ leuia. Sed in aere quidē grauius eſt lignū vnius talenti plumbo vnius mnas, in aqua aūt ęcōtrario. Ligno enim ſupnatante plūbum deorſum cedit. Hanc igit̄ dubitationē non vt quidā putauerūt p̄ter tēpus hic poſitā, ſed ꝯſter adductā, dicenti eam quę in cōpoſitis grauitatem ⁊ leuitatē ex differētia ſimpliciū eſſe, ex quibus componunt̄ cōpoſita. Soluit Ariſto. dicens eſſe cām accidētis hoc ꝙ oia ſimplicia corpora grauitatē hñt in ſui ipſorū regione excepto igne, ⁊ oia leuitatē pręter terraꝫ. Si. n. ſubſidet vnūquodqꝫ eoꝝ quę poſt igneꝫ, hoc quidē pluribus, hoc aūt paucioribus, qō aūt ſubſidet graue, palam ꝙ omnia grauitatē habēt pręter ignem. Et ſi ſupernatant omnia pręter terrā, qō aūt ſupernatat leue, oia leuia p̄ter terrā. Hęc enim ſola nulli ſupnatat, ſicut ignis ſolus nulli ſubſidet. His aūt ſic habētibus terrā quideꝫ ⁊ quęcūq; terrę plurimū vbiq; grauitatē habere neceſſariū eſt. Omnibus eniꝫ ſubſidet terra. Aqua aūt in alijs quidē corporibus qbus ſubſidere nata eſt grauitatē habebit, ⁊ in omnibus ipſis eam quę ad deorſuꝫ inclinationē ſeruabit, q2 ad illa grauis eſt ſubſidens ipſis, non adhuc autē ⁊ terrę grauitatē habebit, huic eniꝫ ſupnatat. Propter qō quę in aere aqua q̄ꝫ terra aliqua grauior exiſtēs ſi apud terram ambo ponant̄ ſupnatabit parti terrę qua erat in aere grauior. Aer aūt ad ignē quidē leuem ſimplr̄ exiſtentē, ipſe grauis eſt, ſubſidet eniꝫ igni ſupernatāti ſibi, ad aquā aūt ⁊ terram leuis, his enim ſupnatat, ꝓpter hoc igitur plumbuꝫ quidē quantūcūq; ſit terrę plurimū habēs ⁊ ꝑ aquā demergat̄, vnius talēti aūt ligneꝫ aere multo participās ſupernatat aquę, q2 ⁊ aer ipſi ſupnatat. In aere ꝟo vnius talenti lignū vnius mnes plūbo grauius eſt multo participans aere. Qꝫ aūt ⁊ aer in proprio loco grauitatē habet ꝑſuaderet̄ ex viribus qui inflati trahunt plus q̄ꝫ nō inflati in aere. Hęc quidē Ariſto. ¶ Ptolomęus aūt mathematicus in libro de reptionibus ꝯtrā Ariſto. opinioneꝫ habēs conatur aſtruere ēt ipſe ꝙ in ſui ipſorum regione neqꝫ aqua neqꝫ aer hꝫ grauitatē. Et ꝙ quidē aqua nō habeat oſtēdit ex eo ꝙ ſmergentes non ſentiūt grauitatem ſuppoſitę aquę, quāuis aliqui ad multā ꝓfunditatē imergant̄. Poſſibile aūt ad hoc dicere ꝙ ꝯtinuitas aquę eius quę ſupponit̄ imergenti, ⁊ eius quę ſupponit̄, ⁊ eius quę ex vtraqꝫ parte ſuſtētat facit ipſuꝫ nō ſentire grauitateꝫ, vt quę in foraminibus parietū vndiqꝫ tangētia parieteꝫ alalia non grauātur ab ipſo, q2 vndiqꝫ murus ſeipſuꝫ ſuſtētat, tanq̄ꝫ ſi diuiſa ſuccederet aqua, veriſimile eſſet grauitatē ſentiri ab ipſa. Aerē aūt in totalitate ſui ipſius nō hr̄e grauitatē. Et Ptolomęus ex eodē argumento qō ſm vtres oſtēdit nō ſolū ꝯdicens ad hoc qō Ariſt. videbat̄ ſ. vtrem inflatū grauiorē eſſe non inflato, ſed ēt volēs leuiorē ipſum fieri inflatū. Ego aūt expertus cū diligentia qua potui, idem inueni pōdus non inflati exiſtētis vtris ⁊ inflati. Eoꝝ aūt qui ante me quādā expertus ſcripſit ſe inueniſſe idem pondus, magis aūt ante inflari grauioreꝫ eſſe modico aliquo. Qō quideꝫ Ptolomęo cōſonat ⁊ palaꝫ ꝙ ſiquidē vt expertus ſui ego veritas ſit, ſine inclinatione vtiqꝫ in ꝓprijs locis erunt elemēta, neqꝫ grauitatē habētia nullam ipſoꝝ, neqꝫ leuitatē. Qō quidē de aqua Ptolomęus ꝯſitet̄. Et habebit hoc vtiqꝫ aliquā rationē. Nam ſi nālis reptio eſt appetitus proprij loci ſortita ipſꝫ non adhuc vnq̄ꝫ appeteret neqꝫ repent vtiqꝫ ad ipſuꝫ in ipſo exiſtēs ſicut neqꝫ ſaturatū appetit alimentū. Si auteꝫ vt Ptolomęus ait, leuior eſt inflatus vter nō inflato aer quidē leuitatē habet in ſui ipſius loco, ꝯſīa aūt vtiqꝫ erit aquā ſm eandē rationē grauitatē habere in ſui ipſius loco. Etenim emergentes ab aqua grauitatē quandā videmur deponere niſi forte reſpirationis ſuſtentaculū reponentes robore qō ex h̄ grauitatis depoſitionē ſentimus. Totaliter autē ſi ſic hꝫ aer ad aquam, vt ſimplr̄ leue ad ſimplr̄ graue, rōnabile quidē aerē cognatiorē eſſe ſimpliciter leui ⁊ in ꝓprio loco leuitatē hr̄e, ſicut ignē. Aquam autē grauitatē habere ꝓpter eam quę ad terrā cognationē. Differentiā enim quandā hr̄e ipſa ⁊ ſm hoc neceſſariū ſic habētia, ac ſi quis ipſa ſola cōparet adinuicē, aerē quidē dici ſimplr̄ leuem, aquā aūt ſimplr̄ graueꝫ, vt ipſe Ariſto. docuit. Vt aer quidē in ſolo igne grauitatem habeat, quo eſt grauior, aqua aūt in ſola terra leuitateꝫ qua eſt leuior. Et iterū aer quidē ⁊ in ipſo ⁊ in his quę ante ip

ſum grauitatē. Sed hęc quidē q̄ videbanł maximo p̄ Syriano dicta ſint. Forte autē etſi vere dicta ſint hęc, aliter quidē aer in his quę poſt ipſum elemētis dictus eſt leuis, aliter aūt in ſui ipſius regione. In alijs quidē elementis tanq̄ ⁊ ad ſurſum ab illis delatus, in ſua autē regione tanq̄ alijs ſupernatans, ſed non tanq̄ ab illis ad ſurſum motus. Q̄ð quidē neceſſe dicere putantes inflatū vtrem leuiorē eſſe nō inflato. Q̄ūo enim totaliter poſſibile in ꝓprio loco leuē ſic dicere aerē vt ad ſurſum motū ſm naturā. Non enim exire a ꝓprio loco volet, ſed etſi minus trahat inflatus vter q̄ nō inflatus, neq̄ h̄ (vt eſtimo) cogit elementa reptionē aliquā habere in ſui ipſoꝝ loco, ſz magis oſtendit nō reptionē ipſoꝝ. Nam qui in vtre aer detinet vtrem in ſui ipſius loco, ⁊ ſimul coincidēs vter .ſ. nō inflatus terreā cōſiſtentiā hńs ⁊ aeris priuationē ad deorſum repit magis, ſic autem ⁊ inſidens aquę lignū in aeris loco ſm aliquā partē ſui ipſius factā, aere qui in ipſo qð in ipſo terreū in regione aeris locat, hoc autē .ſ. grauitatē habere in ꝓpria regione aerē tanq̄ ꝓpter h̄ plus trahat inflatus vter dubitabilius vtiq̄ erit. Erit eniʒ aer ſm naturā a ſui ipſius regione ad deorſum tēdens quod quidē incōueniens eſtimo ⁊ Ariſto. videł. Q̄ð autem Ariſto. dicente plus trahere inflatum vtrē q̄ vacuū nō facile viri tam diligentius iudiciū refutare, forte immiſſus in vtrē aer ab oribus, vt frequēter humenis inſufflatus humidior exiſtēs ⁊ continuitate inſufflationis cōpactus apponit aliqū modicā grauitatē. Si quis propter diligentiam neq̄ tantum vtrum contēnit.

❡ Quod autē eſt aliquid ſimpl'r graue, ⁊ ſimpliciter leue ex his manifeſtū. Dico autē ſimpliciter leue qð ſemper ſurſum, ⁊ graue qð ſemper deorſum, natū eſt ferri nō prohibitū. Talia eniʒ ſunt aliqua ⁊ nō quēadmodū putant quidaʒ oīa habere grauitatē. Graue quidē enim videł quibuſdā eſſe ⁊ alteris ⁊ ſemper ferri ad mediū. Eſt autē ſimiliter ⁊ leue. Videmus eniʒ quēadmodū dictū eſt prius, qm̄ terrea oīb⁹ ſubſtant ⁊ feruntur ad mediū, ſed ⁊ determinatū eſt mediū. Si igił eſt aliquid qð omnibus ſupfertur quēadmodū videł ignis etiā in ipſo aere ſurſuʒ latus, aer autem quieſcens palam qð hoc fertur ad extremū. Quare grauitatē nullaʒ poſſibile eſt hr̄e ipſum, ſubſtaret enim vtiq̄ alij. Si autē hoc erit vtiq̄ aliquid aliud qð fertur ad extremū qð omnibus latis ſupfertur, nunc aūt nullū videł. Ignis igitur nullaʒ habet grauitatem, neq̄ terra leuitatē, neq̄ vnaʒ ſiquidē ſubſtat oībus ⁊ qð ſubſtat fertur ad medium.

